Laudate dominum in sanctis eius. lau
date eum in firmamento virtutis eius.
Laudate eum in virtutibus eius. lau
date eum secundum multitudinem mag
nitudinis eius. Laudate eum in
sono tube. laudate eum in psalterio
et cithara. Laudate eum in timpano

et choro. laudate eum in cordis
et organo. laudate eum in cimba
lis bene sonantibus laudate eum in
cimbalis iubilacionis omnis spiritus
laudet dominum. Regnauit dominus pre
cinctus fortitudine cum decore virtutum
cuius sedes parata est in eternum. Cap et
Scribitur de dominica. Vsque in matutinis ut supra.

Benedictus dominus deus israel
quia visitauit et fecit
redempcionem plebis sue. Et erexit
cornu salutis nobis in domo
dauid pueri sui. Sicut locutus est
per os sanctorum qui a seculo sunt
prophetarum eius. Salutem ex inimicis
nostris et de manu omnium qui ode
runt nos. Ad faciendam misericordiam cum
patribus nostris et memorari testa
menti sui sancti. Iusiurandum quod
iurauit ad abraham patrem nostrum.

daturum se nobis. Ut sine timore
de manu inimicorum nostrorum liberati
serviamus illi. In sanctitate et
iusticia coram ipso omnibus diebus
nostris. Et tu puer propheta altissi-
mi vocaberis. Precibus enim ante fa-
ciem domini parare vias eius. Ad
dandam scientiam salutis plebi
eius in remissionem peccatorum eorum.
Per viscera misericordie dei nostri in
quibus visitavit nos oriens ex
alto. Illuminare his qui in tenebris
et in umbra mortis sedent. Ad
dirigendos pedes nostros in viam pa-
cis. Christus factus est pro nobis obe-
diens patri usque ad mortem mortem
autem crucis. Tu qui passus es pro
nobis miserere nobis. Patris sa-
pientia veritas divina Christus homo
captus est hora matutina a suis dis-

ꝛpulib⁹ et notib⁹ dilectus nideb⁹ t
venditus traditus et afflictus
deo qui ab⁹ ꝓpheta filio suo no pe
perit deus ꝑ nobis omnib⁹ tra
didit illu⁹ dicens Dñe ihu xpe fili
dei vivi qui hora matutina pro nobis
peccatoribus alapis cedi et conspui vo
luisti et cū gloria surrexisti da nobis
ab omnibus hostibus et obprobria pro tui
nominis gla sustinere fac nos de ini
micis nr̄is triumphare ad tuū obtutū benigne t qa
luce videre possimus qui dispositis
tui ꝑ ꝓpria ꝛ Feria secunda ꝛ ℣ an
laudi repleti sumus mane misericordia
tua exultauimus et delectati sumus
omnibus diebus nr̄is laudi ℟ con
fitebor magnitudini tue miserere
mei deus miserere mei ꝑ Intende
telige clamorem meum deus ꝑ ℣ ex
audi orationem meam ꝑ ℟ deus deus meus ad te de

vente exulem⁹ duo -
ℓ ꝑ ne in malo mutauit tua ſ ꝛ ſ ꝛ ſ ꝛ

luce vigilo. ps. Ipsum. a. Conuersus est

Confitebor tibi dne quoniam ira
tus es michi. conuersus est fu
ror tuus et consolatus es me. Ec
ce deus saluator meus fiducia
liter agam et non timebo. Quia for
titudo mea et laus mea dns. et
factus est michi in salutem. Hauriet is
aquas in gaudio de fonte salua
toris. et dicetis in illa die confi
temini dno et inuocate nomen eius.
Notas facite in ppliis adinuencio
nes eius. mementote quoniam excel
sum nomen eius. Cantate dno quoniam
magnifice fecit. annuntiate
hoc in uniuersa terra. Exulta et
laudi habitacio sion. quia magnus
in medio tui sanctus israel. a. Con
uersus est furor tuus et consolatus
es me. a. In excelsis laudate eum.

ps. laud

ps laudate dnm. Cap. Vigilate a state
~~et orate~~ in fide viriliter agite et
~~[illegible]~~ confortamini omnia opera vra in
caritate fiant. Vers repleti sumus [illegible]
ut sunt. Nota Cap. vigilate et vers
repleti. semper dicitur in feriis ad matutinas
Gr. bn. a benedictus deus israel
kyrie. pr. nr. preces minores. Coll. de
dominica. Feria tercia laudes.
Amplius lava me deus ab iniusti
cia mea. ps. Miserere. a Salutare.
Iudica me deus et discerne
causam meam de gente non sancta
ab homine iniquo et doloso erue me.
Quia tu es deus fortitudo mea
quare me repulisti et quare tris
tis incedo. dum affligit me inimicus.
Emitte lucem tuam et veritatem
tuam ipsa me deduxerunt et ad
duxerunt in montem sanctum tuum. et

Iubilemus deo salutari nostro
Immola deo sacrificium laudis. et redde altissimo vota tua

in tabernacula tua. Et introibo ad
altare dei. ad deum qui letificat iu-
uentutem meam. Confitebor tibi in
cithara deus deus meus. quare tris-
tis es anima mea et quare conturbas
me. Spera in deo quoniam adhuc confi-
tebor illi. salutare vultus mei et
deus meus. A. Salutare vultus
mei deus meus. A. Ad te de luce vi-
gilo. Ps. Deus deus meus. A. Cunctis
diebus vite nostre saluos nos fac domine.
Ps. Ego dixi. A. Omnes angeli eius
laudate dominum de celis. Ps. laudate.
Versus et Capitulum ut supra 2a feria. Gradus bene
si est extra septuagesimam. A. Erexit
nobis dominus cornu allaria in domo da-
uid pueri sui allaria sicut locutus est allaria
allaria. Si infra lxxmam. A. Erexit
dominus nobis cornu salutis in domo
dauid pueri sui. Kyrie et alia ut 2a feria

Feria quarta. laud. Tibi soli
peccaui dne. ps. Miserere. a. Te
decet ympnus deus in syon. ps. Ipsum.
a. Labia mea laudabunt te in vita
mea. ps. Deus deus meus. a. Exultat.
Exultauit cor meum in dno.
et exaltatum est cornu meum
in dno. deo meo. Dilatatum est
os meum super inimicos meos. quia
letata sum in salutari tuo. Non est
sanctus ut est dns neque enim est alius
extra te. et non est fortis sicut
deus nr. Nolite multiplicare loqui
sublimia gloriantes. Recedant
vetera de ore vro quia deus scien-
ciarum dns est. et ipsi preparantur
cogitaciones. Arcus forcium su-
peratus est. et infirmi accincti sunt
robore. Repleti prius pro panibus
se locauerunt. et famelici satu-

In manu tua dne omnes fines terre.
Deus vitam meam annunciaui tibi. posuisti lacrimas
meas in conspectu tuo.

rati sunt. Donec sterilis peperit
plurimos. et que multos habebat
filios infirmata est. Dominus mortifi-
cat et vivificat. deducit ad in-
feros et reducit. Dominus paupe-
rem facit et ditat. humiliat et
sublimat. Suscitans de pulvere
egenum. et de stercore erigens
pauperem. Ut sedeat cum principi-
bus. et solium glorie teneat. Do-
mini enim sunt cardines terre. et
posuit super eos orbem. Pedes
sanctorum suorum servabit et impii
in tenebris conticescent. quia non
in fortitudine sua roborabitur
vir. Dominum formidabunt adversa-
rii eius. et super ipsos in celis
tonabit. Dominus iudicabit fines
terre et dabit imperium regi suo.
et sublimabit cornu xpi sui.

a Exultauit cor meum in dno a
Celi celorum laudate deum ps laudate
Bn bn a Salute ex inimicis nris
et de manu omnium qui oderunt nos li
bera nos dne Feria quinta a laud
Auerte faciem tuam a peccatis meis
dne ps Miserere a Domine
Domine refugium factus es
nobis a generacione in generacio
nem Priusquam montes fierent
aut formaretur terra et orbis a
seculo et in seculum tu es deus Ne
auertas hominem in humilitate A
dixisti conuertimini filii hominum
Quoniam mille anni ante oculos tu
os tamquam dies hesterna que
preteriit Et custodia in nocte
que pro nichilo habentur eorum anni
erunt Mane sicut herba tran
seat mane floreat et transeat.

Adoremus dominum quoniam ipse fecit nos
Gaudebunt labia mea cum cantauero tibi et
anima mea quam redemisti

et delectati sumus omnibus diebus
nostris. Letati sumus pro diebus
quibus nos humiliasti. annis quibus
vidimus mala. Respice domine in
servos tuos et in opera tua. dirige
filios eorum. Et sit splendor domini
dei super nos et opera manuum
nostrarum dirige super nos. et o-
pus manuum nostrarum dirige.
A. Domine refugium tu factus es nobis.
A. In matutinis domine meditabor in
te. Ps. Deus deus meus. A. Invenies.
Cantemus domino gloriose et
eum honorificatus est equum
et ascensorem proiecit in mare.
Fortitudo mea et laus mea do-
minus. et factus est michi in salu-
tem. Iste deus meus et glorifica
bo eum. deus patris mei et exal
tabo eum. Dominus quasi vir. omnipotens bellator.

nomē eius. currū pharaonis
et exercitū eius proiecit in
mare. Electi principes eius submersi
sunt in mari rubro abissi operue
runt eos. descenderunt in profun
dū quasi lapis. Dextera tua dne
magnificata est in fortitudine dex
tera tua dne percussit inimicū.
et in multitudine glorie tue depo
suisti adversarios meos. Misisti
irā tuā que devoravit eos sicut
stipulā. et in spiritu furoris tui cō
gregate sunt aque. Stetit aqua
fluens. cōgregate sunt abissi in
medio mari. Dixit inimicus
persequar et comprehendā. di
vidā spolia implebitur aīa mea.
Evaginabo gladiū meū. interfi
ciet eos manus mea. Flavit
spiritus tuus et operuit eos mare.

submersi sunt quasi plumbum in
aquis vehementibus. Quis similis
tui in fortibus domine quis similis tui
magnificus in sanctitate terribilis
atque laudabilis et faciens mirabi
lia. Extendisti manum tuam et de
voravit eos terra. Dux fuisti in
misericordia tua populo quem redemisti.
Et portasti eum in fortitudine tua
ad habitaculum sanctum tuum. Ascende
runt populi et irati sunt dolores
obtinuerunt habitatores philistium.
Tunc conturbati sunt principes e
dom robustos moab obtinuit
tremor. obriguerunt omnes habi
tatores chanaan. Irruat super
eos formido et pavor in mag
nitudine brachii tui. Fiant immo
biles quasi lapis donec pertranseat
populus tuus domine. donec pertranseat

plus tuus iste quem possedisti.
Introduces eos et plantabis in
monte hereditatis tue. Firmissimo
habitaculo tuo quod operatus es domine.
Sanctuarium tuum domine quod firma-
verunt manus tue. Dominus regnavit
in eternum et ultra. Ingressus est
enim pharao cum curribus et equi-
tibus eius in mare. et reduxit
super eos dominus aquas maris. Filii
autem israel ambulaverunt per sic-
cum in medio eius. A. In eternum dominus
regnavit et ultra. A. In sono tube
laudate deum. Ps. laudate. Gr. bn.
A. In sanctitate serviamus domino et
liberabit nos ab inimicis nostris. Kyr.
Feria sexta. Laudes. Sacrificium
deo spiritus contribulatus. Ps. Miserere
A. In veritate tua exaudi me domine.
Ps. Domine exaudi 2m. A. Illumina domine

Dominum qui fecit nos venite adoremus.
V. Intret in conspectu tuo oratio mea. inclina aurem tuam
ad precem meam.

vultum tuum super nos. Ps. Deus deus.
Domine audivi. Ca. Domine
auditionem tuam et timui.
Domine opus tuum in medio illorum
vivifica illud. In medio annorum no-
tum facies. cum iratus fueris misericordie
recordaberis. Deus ab austro ve-
niet. et sanctus de monte pharan.
Operuit celos gloria eius. et lau-
dis eius plena est terra. Splendor
eius ut lux erit. cornua in manibus
eius. Ibi abscondita est fortitu-
do eius. ante faciem eius ibit
mors. Egrediatur dyabolus ante
pedes eius. stetit et mensus est
terram. Aspexit et dissoluit gen-
tes. et contriti sunt montes seculi.
Incurvati sunt colles mundi. ab
itineribus eternitatis eius. Pro
iniquitate vidi tentoria ethiopie

turbabuntur pelles terre madian.
Nunquid in fluminibus iratus es
dne aut in fluminibus furor tuus. vel
in mari indignacio tua. Qui ascen
dis super equos tuos. et quadri
ge tue salvacio. Suscitans sus
citabis arcum tuum. iuramenta tribu
bus que locutus es. Fluvios
scindes terre viderunt te aque et
doluerunt montes. gurges aqua
rum transiit. Dedit abissus vocem
suam. altitudo manus suas levavit.
Sol et luna steterunt in habitaculo
suo in luce sagittarum tuarum. ibunt
in splendore fulgurantis haste tue.
In fremitu conculcabis terram.
in furore obstupefacies gentes.
Egressus es in salutem populi tui. in
salutem cum xpo tuo. Percussisti
caput de domo impii. denudasti

fundamentū eius usque ad collū.
Maledixisti sceptris eius capiti
bellatorum eius. venientibus ut tur-
bo ad dispergendū me. Et ex-
ultacio eorum. sicut eorum qui devo-
rant pauperē in abscondito.
Viam fecisti in mari equis tuis.
in luto aquarum ~~[illegible]~~ tuarum.
Audivit et conturbatus est venter
meus a voce. contremuerunt
labia mea. Ingrediatur putredo
in ossibus meis. et subtus me scate-
at. Ut requiescam in die tribula-
cionis. et ascendam ad populum accin-
ctum nostrum. Ficus enim non florebit.
et non erit germen in vineis.
Mentietur opus olive. et arva
non afferent cibum. Abcidetur de
ovili pecus. et non erit armentum
in presepibus. Ego autem in domino

gaudebo. et exultabo in deo
ihu meo. Deus dns fortitudo
mea. et ponet pedes meos qui
cervorum. Et super excelsa mea
deducet me victor. in psalmis
canentem. A. Domine audivi auditum
tuum et timui. A. In timpano et
choro in cordis et organo lauda-
te deum. ps. laudate. Gr. bn. A. Per
viscera miscedie dei nri in quibus
visitavit nos oriens ex alto.
Sabbato laudes. Benigne
fac in bona voluntate tua dne.
ps. Miserere. A. Bonum est confiteri.
Bonum est confiteri dno. et
psallere nomi tuo altissime.
Ad annuntiandum mane misericordiam tuam.
et veritatem tuam per noctem. In
decacordo psalterio. cum cantico
in cithara. Quia delectasti me

Dnm deum nrm venite adoremus.
v. Dne exaudi orationem meam. et clamor meus ad te
ve.

dñe in factura tua. et i operib⁹
manuū tuarū exultabo. Quā
magnificata sūt opera tua dñe.
nimis profunde facte sūt cogi
tacōnes tue. Vir insipiens nō
cognoscet. et stultus nō intel
liget hec. Cum exorti fuerint
peccatores sicut fenū. et apparu
erint omēs qui operantur i
iquitatē. Ut interiant in sclm
scli. tu autē altissimus meternū
dñe. Quoniam ecce inimici tui dñe
quoniam ecce inimici peribunt. et dis
pargantur omēs qui operantur
iniquitatē. Et exaltabitur sicut
unicornis cornu meū. et se
nectus mea in misericordia uberi.
Et despexit oculus meus inimi
cos meos. et insurgentib⁹ in me
malignantib⁹ audiet auris mea.

Iustus ut palma florebit. si
cut cedrus libani multiplicabitur.
Plantati in domo dni. in atrijs
domus dei nri florebunt. Adhuc
multiplicabuntur in senecta uberi.
et bene pacientes erunt ut a
nuntient. Quia rectus dns deus
nr. et non est iniquitas in eo. A. Bo
num est confiteri dno. A. Metuant eum
omnes fines terre. Ps. Deus deus meus.
Audite celi que. A. Et in seruis.
loquar. audiat terra verba
oris mei. Concrescat in pluuia
doctrina mea. fluat ut ros elo-
quium meum. Quasi ymber super
herbam et quasi stille super gramina.
quia nomen dni inuocabo. Date
magnificentiam deo nro. dei per
fecta sunt opera et omnes vie eius
iudicia. Deus fidelis est et absque

ulla iniquitate iustus et rectus.
peccauerunt ei et non filii eius
in sordibus. Generacio prauа atque
peruersa. hecciue reddis domino
populo stulte et insipiens. Numquid
non ipse est pater tuus. qui posse-
dit et fecit et creauit te.
Memento dierum antiquorum. co-
gita generaciones singulas. Interro-
ga patrem tuum et annunciabit
tibi. maiores tuos et dicent tibi.
Quando diuidebat altissimus gentes.
quando separabat filios adam. Con-
stituit terminos populorum. iuxta nu-
merum filiorum israel. Pars autem
domini populus eius. iacob funiculus
hereditatis eius. Inuenit eum in
terra deserta. in loco horroris
et vaste solitudinis. Circum-
duxit eum et docuit. et custodi-

nit quasi pupillas oculi sui
Sicut aquila prouocans ad
volandū pullos suos. et super
eos volitans. expandit alas
suas et assumpsit eos. atq; por
tauit in humeris suis. Dns so
lus dux eius fuit. et nō erat
cū eo deus alienus. Constituit
eū super excelsam terrā. ut
comedat fructus agrorū. Et
sugeret mel de petra. oleū de
saxo durissimo. butyrum de ar
mentis et lac de ouibus. cū
adipe agnorū et arietū filiorū
basan. et hircos cū medulla
tritici. et sanguinē uue bibe
rent meracissimū. Incrassatus
es dilectus et recalcitrauit. in
crassatus impinguatus dilatatus
dereliquit deū factorem suū. et

recessit a deo salutari suo. Pro-
uocauerunt eum in diis alienis
et in abhominacionibus ad iracundiam
concitauerunt. Immolauerunt
demoniis et non deo. diis quos
ignorabant. Noui recentesque ve-
nerunt. quos non coluerunt patres
eorum. Deum qui te genuit dereli-
quisti. et oblitus es deum creato-
ris tui. Vidit dominus et ad iracun-
diam concitatus est. quia prouocaue-
runt eum filii sui et filie. Et ait
abscondam faciem meam ab eis. et con-
siderabo nouissima eorum. Generacio
enim peruersa est. et infideles filii.
Ipsi me prouocauerunt in eo qui
non erat deus. et irritauerunt
in vanitatibus suis. Et ego pro-
uocabo eos in eo qui non est populus.
et in ~~stul~~ gente stulta irritabo

illos. Ignis succensus est in furore
meo. et ardebit usque ad inferni
novissima. Devorabitque terram
cum germine suo. et montium funda-
menta comburet. Congregabo
super eos mala. et sagittas meas
complebo in eis. Consumentur fa-
me et devorabunt eos aves
morsu amarissimo. Dentes
bestiarum immittam in eos. et cum fu-
rore trahentium super terram atque
serpentium. Foris vastabit eos
gladius et intus pavor. iuvenem
simul ac virginem lactentem cum homine
sene. Et dixi ubi nam sunt. ces-
sare faciam ex hominibus memoriam
eorum. Sed propter iram inimicorum
distuli. ne forte superbirent hos-
tes eorum. Et dicerent manus
nostra excelsa. et non dominus fecit

hec omnia. Gens absque consilio est
et sine prudentia. utinam sapierent
et intelligerent ac novissima pro-
viderent. Quomodo persequebatur
unus mille. et duo fugarent decem
milia. Nonne ideo quia deus suus
vendidit eos. et dominus suus con-
clusit illos. Non enim est deus noster
ut dii eorum. et inimici nostri sunt
iudices. De vinea sodomorum
vinea eorum. et de suburbanis
gomorre. Uva eorum uva fellis.
et botrus amarissimus. Fel dra-
conum vinum eorum. et venenum as-
pidum insanabile. Nonne hec con-
dita sunt apud me. et signata
in thesauris meis. Mea est ultio
et ego retribuam eis in tempore.
ut labatur pes eorum. Iuxta est
dies perdicionis. et adesse festinat

tpa. Iudicabit dns ppl'm suu
et i servis suis miserebit. Vi-
debit q infirmata sit manus et
clausi quoq defecerunt. residuiq
consumpti sunt. Et dicet ubi st
dii eorum. in quibus habebant fiduciam.
De quorum victimis comederunt
adipes. et biberunt vinum libami-
num. Surgant et opitulentur vo-
bis. et in necitate vos protegant.
Videte q ego sum solus. et no
sit alius deus pter me. Ego oc-
cidam et ego vivere faciam percuciam
et ego sanabo. et no est qui de
manu mea possit eruere. Levabo
usq ad celum manum meam. et dicam
vivam ego in eternum. Si acuero
ut fulgur gladium meum. et arri-
puerit iudicium manus mea. Red-
dam ulcionem hostibus meis. et his

qui oderunt me retribuam. Inebri-
abo sagittas meas sanguine et
gladius meus devorabit carnes.
De cruore occisorum et de captivi-
tate nudati inimicorum capitis.
Laudate gentes populum eius quia
sanguinem servorum suorum ulciscetur.
Et vindictam retribuet in hos-
tes eorum et propicius erit terre
populi sui. A. Et in servis suis dominus
miserebitur. A. In cimbalis bene so-
nantibus laudate dominum. Ps. Laudate
Bn. A. Dirige domine pedes
nostros in viam pacis. Kyr. etc. Longa pa.

Deus deus meus respice in
me quare me dereliquisti. Lon-
ge a salute mea verba delictorum
meorum. Deus meus clamabo per
diem et non exaudies et nocte et
non ad insipienciam michi. Tu

autē in sancto hītas · laus israel ·
In te speraverunt patres nr̄i · spe
raverunt et liberasti eos · Ad te
clamaverunt et salvi facti sunt ·
in te speraverunt et nō sunt cōfusi ·
Ego autē sum vermis et nō hō ·
obprobriū hōinū et abiectio ple
bis · Omnes videntes me derise
runt me locuti sunt labiis · et mo
verunt caput · Speravit in dn̄o
eripiat eū · salvū faciat eū quoniam
vult eū · Quoniam tu es qui extraxis
ti me de ventre spes mea ab vbe
ribus matris mee · in te proiectus
sum ex vtero · De ventre matris
mee deus meus es tu · ne discesseris
a me · Quoniam tribulacō proxima est ·
et nō est qui adiuvet · Circumdede
runt me vituli mei · thauri ping
wes obsederunt me · Aperuerunt

Super me

super me os suum. sicut leo rapi-
ens et rugiens. Sicut aqua ef-
fusus sum et dispersa sunt omnia
ossa mea. Factum est cor meum tanquam
cera liquescens. in medio ventris
mei. Aruit tanquam testa virtus
mea et lingua mea adhesit fau-
cibus meis. et in pulverem mortis
deduxisti me. Quoniam circumdederunt
me canes multi. consilium maligna-
cium obsedit me. Foderunt manus
meas et pedes meos. dinumerave-
runt omnia ossa mea. Ipsi vero consi-
derauerunt et inspexerunt me
diuiserunt sibi vestimenta mea.
et super vestem meam miserunt
sortem. Tu autem domine ne elonga-
ueris auxilium tuum. ad defensionem
meam conspice. Erue a framea
deus animam meam. et de manu canis

vnica mea. Salua me ex ore
leonis. et a cornibus unicornium
humilitatem meam. Narrabo nomen
tuum fratribus meis. in medio ecclie
laudabo te. Qui timetis dominum laudate eum. universum semen iacob
glorificate eum. timeat eum omne
semen israel. quoniam non spreuit neque
despexit deprecationem pauperis
Nec auerit faciem suam a me. et
cum clamarem ad eum exaudiuit me
apud te laus mea in ecclesia magna
vota mea reddam in conspectu timentium eum. Edent pauperes et saturabuntur et laudabunt dominum qui requirunt eum. viuent corda eorum
in seculum seculi. Reminiscent et conuertentur ad dominum universi fines terre
Et adorabunt in conspectu eius. universe familie gentium. Quoniam

dni est regnum. et ipse dominabitur
gentium. Manducaverunt et
adoraverunt omnes pingues terre.
in conspectu eius cadent omnes qui
descendunt in terram. Et anima mea
illi vivet. et semen meum servi-
et ipsi. Annuntiabitur domino generatio
ventura et annuntiabunt celi iu-
sticiam eius. populo qui nascetur quem
fecit dominus.

Dominus regit me et nichil
michi deerit. in loco pascue
ibi me collocavit. Super aquam
refectionis educavit me. animam
meam convertit. Deduxit me
super semitas iusticie. propter
nomen suum. Nam et si ambula-
vero in medio umbre mortis. non
timebo mala quoniam tu mecum es.
Virga tua et baculus tuus. ipsa

me consolata sunt. Parasti in con
spectu meo mensam adversus eos qui
tribulant me. Impinguasti in oleo
caput meum et calix meus inebri
ans quam preclarus est. Et misericordia
tua subsequetur me omnibus diebus
vite mee. Et ut inhabitem in do
mo domini in longitudine dierum. Gla

Domini est terra et plenitudo
eius orbis terrarum et univer
si qui habitant in eo. Quia ipse super
maria fundavit eum et super
flumina preparavit eum. Quis ascen
det in montem domini aut quis stabit
in loco sancto eius. Innocens ma
nibus et mundo corde qui non acce
pit in vano animam suam nec iura
vit in dolo proximo suo. Hic
accipiet benedictionem a domino et
misericordiam a deo salutari suo. Hec est

generacio querencium eum. querencium fa
ciem dei iacob. Attollite portas
principes vestras et elevamini porte
eternales. et introibit rex glorie.
Quis est iste rex glorie. dominus fortis
et potens dominus potens in prelio.
Attollite portas principes vestras
et elevamini porte eternales. et in
troibit rex glorie. Quis est iste rex
glorie. dominus virtutum ipse est rex glorie.
Ad te domine levavi animam meam.
deus meus in te confido non
erubescam. Neque irrideant me ini
mici mei. etenim universi qui sustinent
te non confundentur. Confun
dantur omnes iniqua agentes super
vacue. Vias tuas domine demon
stra michi. et semitas tuas e
doce me. Dirige me in veritate
tua et doce me quia tu es deus

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1824559186/phys_0366
DFG

Firmamentum est dominus timentibus
eum et testamentum ipsius ut
manifestetur illis. Oculi mei
semper ad dominum quoniam ipse euel-
let de laqueo pedes meos. Res-
pice in me et miserere mei quia
unicus et pauper sum ego.
Tribulationes cordis mei mul-
tiplicate sunt de necessitatibus me-
is erue me. Vide humilitatem
meam et laborem meum et dimit-
te uniuersa delicta mea. Respi-
ce inimicos meos quoniam multiplica-
ti sunt et odio iniquo oderunt
me. Custodi animam meam et e-
rue me non erubescam quoniam spe-
raui in te. Innocentes et recti
adheserunt michi quia sustinui
te. Libera deus israel ex omnibus
tribulationibus suis. Gloria

Iudica me dñe qm̄ ego in
innocencia mea ingressus
sum. et in dño sperans nō infir
mabor. Proba me dñe et
tēpta me. vre renes meos et
cor meū. Qm̄ misc̄dia tua an̄
oculos meos ē. et cōplacui in
veritate tua. Non sedi cū cōsilio
vanitatis. et cū iniqua gerēti-
bus nō intrabo. Odiui ecclīam ma
lignantiū. et cū impiis nō sede-
bo. Lauabo int̄ innocētes manus
meas. et circumdabo altare tuū
dñe. Vt audiā vocē laudis
tue. et enarrē vniūsa mirabi-
lia tua. Dñe dilexi decorē
domus tue. et locū hītacōnis
glē tue. Ne perdas cū impiis
deus aīam meam. et cū viris
sanguinū vitam meam. In quorū

manibus iniquitates sunt. dex-
tera eorum repleta est muneribus.
Ego autem in innocencia mea in-
gressus sum. redime me et
miserere mei. Pes meus stetit
in directo. in ecclesiis benedicam te
domine. Deus in nomine tuo.

Confitemini domino quoniam bonus.
quoniam in seculum misericordia eius. Dicat
nunc israel quoniam bonus. quoniam in seculum
misericordia eius. Dicat nunc domus
aaron. quoniam in s. misericordia eius. Di-
cant nunc qui timent dominum. quoniam
in s. misericordia e. De tribulacione in-
vocavi dominum. et exaudivit me
in latitudine dominus. Dominus michi
adiutor. non timebo quid faci-
at michi homo. Dominus michi
adiutor. et ego despiciam ini-
micos meos. Bonum est confidere

in dño. quā confidere in hōme.
Bonū est sperare in dño. quā spe-
rare in pncipib⁹. Omnes gentes
circuierunt me. et in nōie dñi qa
vltus sum i eos. Circūdantes
circumdederunt me. et i nōie dñi
qa vltus sum i eos. Circūdede-
runt me sicut apes et exarse-
runt sicut ignis in spinis. et i
nōie dñi quia vltus sum i eos.
Impulsus eversus sum ut caderem.
et dñs suscepit me. Fortitudo
mea et laus mea dñs. et factus
e michi in salutē. Vox exulta-
cōnis et salutis. i tabernacu-
lis iustorū. Dextera dñi fecit
vtutē dextera dñi exaltauit
me. dextera dñi fecit vtutē.
Nō moriar sed viuā. et narra-
bo opera dñi. Castigans cas

tigauit me dn̄s et morti nō
tradidit me. Aperite michi por-
tas iusticie. ingressus in eas cō-
fitebor dn̄o. Hec porta dn̄i. ius-
ti intrabunt in eam. Confitebor
tibi dn̄e qm̄ exaudisti me et
fc̄us es michi in salutē. Lapidē
quē reprobauerunt edificantes.
hic factus ꝫ in caput angulī. A
dn̄o factū ꝫ istud. et in caput
ē mirabile in oculis nr̄is. Hec
ꝫ dies quā fecit dn̄s. exultē9
et letem̄ in ea. O dn̄e saluū
me fac o dn̄e bene prosperare.
bn̄dictus qui vēturus es in nōie
dn̄i. Benedixim9 vobis de
domo dn̄i. deus dn̄s et illuxit
nobis. Constituite diē sollēnē
in condensis. vsq̄ ad cornu alta-
ris. Deus me9 es tu et cōfitebor

tibi · deus meus es tu et exalta
bo te · Confitebor tibi quoniam exau
disti me · et factus es michi in
salutem · Confitemini domino quoniam bonus
quoniam in seculum misericordia eius · Ad primam
Iam lucis orto sidere deum precemur
supplices ut in diurnis actibus nos
saluet a nocentibus · Linguam refre
nans temperet ne litis horror in
sonet visum fouendo contegat ne
vanitates hauriat · Sint pura
cordis intima absistat et vecor
dia carnis terat superbiam potus
cibique parcitas · Ut cum dies ab
cesserit noctemque sors reduxerit
mundi per abstinentiam ipsi canamus
gloriam · Deo patri sit gloria eiusque soli
filio cum spiritu paraclito nunc et in perpetuum
Deus in nomine tuo saluum me
fac · et in virtute tua iudica

me. Deus exaudi oracionem
meam. auribus percipe verba oris
mei. Quoniam alieni insurrexerunt
adversum me et fortes quesierunt
animam meam. et non proposuerunt
deum ante conspectum suum. Ecce enim
deus adiuvat me. et dominus suscep-
tor est anime mee. Averte mala in
inimicis meis. in veritate tua dis-
perde illos. Voluntarie sacrificabo
tibi. et confitebor nomini tuo domine quoniam
bonum est. Quoniam ex omni tribulacione
eripuisti me. et super inimicos
meos despexit oculus meus. Gla-

Beati immaculati in via qui
ambulant in lege domini. Beati
qui scrutantur testimonia eius.
in toto corde exquirunt eum. Non
enim qui operantur iniquitatem in vi-
is eius ambulaverunt. Tu mandas

ti mandata tua custodiri nimis
Utinam dirigantur vie mee ad cus
todiendas iustificaciones tuas
Tunc non confundar cum perspex
ero in omnibus mandatis tuis Confite
bor tibi in directione cordis in
eo quod didici iudicia iusticie tue
Iustificaciones tuas custodiam
non me derelinquas usquequaque
In quo corrigit adolescencior
viam suam in custodiendo sermo
nes tuos In toto corde meo ex
quisivi te ne repellas me a
mandatis tuis In corde meo
abscondi eloquia tua ut non
peccem tibi Benedictus es domine
doce me iustificaciones tuas
In labiis meis pronunciavi
omnia iudicia oris tui In via
testimoniorum delectatus sum sicut

in omnibus diuiciis. In mandatis
tuis exercebor. et considerabo vi
as tuas. In iustificacionibus tuis
meditabor. non obliuiscar ser
mones tuos. Gloria

Retribue seruo tuo. viuifi
ca me et custodiam sermo
nes tuos. Reuela oculos meos.
et considerabo mirabilia de lege
tua. Incola ego sum in terra. non
abscondas a me mandata tua.
Concupiuit anima mea desiderare
iustificaciones tuas. in omni tempore.
Increpasti superbos. maledicti
qui declinant a mandatis tuis.
Aufer a me obprobrium et con
temptum. quia testimonia tua exqui
sivi. Etenim sederunt principes
et aduersum me loquebantur. ser
uus autem tuus exercebatur in iust

tificacionibus tuis. Nam et tes
timonia tua meditacio mea est. et
consilium meum iustificaciones tue.
Adhesit pavimento anima mea. vi
vifica me secundum verbum tuum. Vias
meas enuntiavi et exaudisti
me. doce me iustificaciones tuas.
Viam iustificacionum tuarum in
strue me. et exercebor in mirabi
libus tuis. Dormitavit anima mea
pre tedio. confirma me in verbis tuis.
Viam iniquitatis amove a me.
et de lege tua miserere mei. Viam
veritatis elegi. iudicia tua non
sum oblitus. Adhesi testimoniis
tuis domine. noli me confundere. Viam
mandatorum tuorum cucurri. cum di
latasti cor meum.

Quicumque vult salvus esse.
ante omnia opus est ut tene

at catholicam fidem. Quam nisi
quisque integram inviolatamque ser-
vaverit absque dubio in eternum
peribit. Fides autem catholica
hec est ut unum deum in trinitate
et trinitatem in unitate venerem.
Neque confundentes personas neque
substantiam separantes. Alia est enim
persona patris alia filii alia spiritus
sancti. Sed patris et filii et
spiritus sancti una est divinitas equalis
gloria coeterna maiestas. Qualis
pater talis filius talis spiritus
sanctus. Increatus pater increatus
filius increatus spiritus sanctus. In-
mensus pater immensus filius in-
mensus spiritus sanctus. Eternus pater
eternus filius eternus spiritus sanctus.
Et tamen non tres eterni sed unus
eternus. Sicut non tres increa-

ti nec tres immensi. sed unus incre-
atus et unus immensus. Similiter
omnipotens pater omnipotens filius. omnipotens
spiritus sanctus. Et tamen non tres
omnipotentes. sed unus omnipotens. Ita
deus pater deus filius. deus spiritus
sanctus. Et tamen non tres dii. sed
unus est deus. Quia sicut singula-
tim unamquamque personam deum ac
dominum confiteri. christiana veritate
compellimur. Ita tres deos aut
dominos dicere. catholica religione
prohibemur. Pater a nullo est factus.
nec creatus nec genitus. Fi-
lius a patre solo est. non factus nec
creatus sed genitus. Spiritus sanctus
a patre et filio. non factus nec cre-
atus nec genitus sed procedens.
Unus ergo pater non tres patres
unus filius non tres filii. unus

Ita dominus pater dominus filius
Et tamen non tres domini

spūs scūs nō tres spūs sci. Et
in hac trinitate nichil prius aut
posterius. nichil maius aut minus.
Sed tote tres persone coeterne
sibi sunt et coequales. Ita ut
per omnia sicut iam supradictum
est et trinitas in unitate et uni-
tas in trinitate veneranda sit.
Qui vult ergo salvus esse. ita de
trinitate sentiat. Sed necessa-
rium est ad eternam salutem ut incar-
nacionem quoque dni nri ihu xpi
fideliter credat. Est ergo fides
recta ut credamus et confiteamur.
quia dns nr ihus xpus dei filius
deus et homo est. Deus est ex
substancia patris ante scla geni-
tus. et homo est ex sbā matris
in sclo natus. Perfectus deus
perfectus ho. ex aia rōnali et

humana carne subsistens. Et
qualis patri secundum divinitatem minor
patre secundum humanitatem. Qui licet
deus sit et homo non duo tamen
sed unus est xpus. Unus autem non
conversione divinitatis in carne sed
assumptione humanitatis in deo. Un-
us omnino non confusione substantie sed u-
nitate persone. Nam sicut anima
rationalis et caro unus est homo ita
deus et homo unus est xpus. Qui
passus est pro salute nostra descen-
dit ad inferos. Surrexit a mor-
tuis. Ascendit ad celos. Sedet
ad dexteram dei patris omnipotentis.
Inde venturus est iudicare vivos
et mortuos. Ad cuius adventum
omnes homines resurgere habent
cum corporibus suis. Et reddituri
sunt de factis propriis rationem.

tercia die

Et qui bona egerunt ibunt in
vitam eternam · qui vero mala in
ignem eternum · Hec est fides catholica
quam nisi quisque fideliter firmiterque
crediderit salvus esse non potest
Illa · Quicumque dicit a Ad
esto deus omnipotens pater et filius
et spiritus sanctus Exiat diabolus a Do
mina et custodia mandata tua domine
Dominе miserere nobis te exaudiat
nos exaudiat nos · esto brachium
nostrum in manne et salus nostra in
tempore tribulacionis · Ps · Confitemini
filio dei omnipotenti Misereatur nobis et
benedicat nobis · Oremus
Deus a quo sancta desideria recta consilia
et justa sunt opera da servis tuis illam
quam mundus dare non potest pacem ut
et corda nostra mandatis tuis dedita
et hostium sublata formidine tempora
nostra tua protectione pacata
Per dominum nostrum ihesum christum
filium tuum qui tecum vivit et regnat
in unitate spiritus sancti deus per
omnia secula seculorum Amen
Oremus Deus

omnis que periit · quere seruum tuum
quia mandata tua non sum oblitus ·
Credo in deum · Carnis resurrectionem ·
Repleatur os meum laude · ut can
tem gloriam tuam tota die magnitudi
nem tuam · Domine auerte faciem tuam a
peccatis meis · et omnes iniquitates
meas dele · Cor mundum crea in me
deus · et spiritum rectum innoua in visce
ribus meis · Ne proicias me a
facie tua · et spiritum sanctum tuum ne au
feras a me · Redde mihi leticiam
salutaris tui · et spiritu principali con
firma me · Eripe me domine ab ho
mine malo · a viro iniquo eripe me ·
Eripe me de inimicis meis deus
meus · et ab insurgentibus in me
libera me · Eripe me de operantibus
iniquitatem · et de viris sanguinum
salua me · Sic psalmum dicam

noi tuo in sclm scli ut redda vota
mea de die in die. Exaudi nos deus
salutaris nr. spes omnium finium terre
et in mari longe. Deus in adiutorium
meum intende dne ad adiuvandum
me festina. Sce deus sce fortis
sce et immortalis miserere nobis.
Benedic aia mea dno. et oia que
intra me sunt noi scto eius. Benedic
aia mea dno. et noli obliuisci omnes
retributiones eius. Qui propiciat
omnibus iniquitatibus tuis. qui sanat
omnes infirmitates tuas. Qui re
dimit de interitu vitam tuam. qui co
ronat te in mia et miserationibus.
Qui replet in bonis desiderium tuum.
renouabitur ut aquile iuuentus tua.
Dignare dne die isto. sine pcto
nos custodire. Miserere nri dne.
miserere nri. Fiat mia tua dne

super nos quemadmodum speravimus
in te. Domine deus virtutum convertere
nos. et ostende nobis faciem tuam et
salvi erimus. Domine exaudi. Dominus vobis
Domine sancte pater omnipotens Pro
eterne deus qui nos peccatores ad prin
cipium huius diei non nostris meritis
sed ex tua ~~sola~~ sanctissima gratia perve
nire fecisti. tua nos ~~hodie quesumus~~
salva virtute et concede ut in
hac die ~~et in aliis diebus~~ ad nullum
declinemus mortale peccatum nec
ullum incurramus ~~mortis~~ periculum
vel ~~vite~~ scandalum sed semper ad
tuam iusticiam faciendam nostra pro
cedant eloquia simulque dirigantur
cogitaciones et opera. per dominum.
Dominus vobis. Benedicamus domino deo gratias.
Exultabunt sancti in gloria. leta
buntur in cubilibus suis. Preciosa in

corporis et anime

conspectu

conspectu dni · mors scorum eius
Sca maria mat dni nri ihu
xpi pia et perpetua virgo ~~re~~
~~gina celi mundi dni~~ cum omnibus
scis et electis dei ~~orare et~~ int
cedere dignare pro nobis mise
ris peccatoribus · ad deum patrem omni
potentem ut ~~nos~~ mereamur ab eo salvari et sanari
~~adiuvari salvari atque defendi~~
Qui in trinitate perfecta vivit
et regnat per omnia · s · s · Amen
Oremus pro omnibus fidelibus defunc
tis · requiem et veniam etc · De profun
dis etc · Kyrie · pr nr · Et ne nos
requiem et veniam · Aperta infer · Dne
exaudi · vro · Quesumus dne
ut aie · fa · tu · cuius obitus sui
die · p m · commemoramus scorum
atque electorum tuorum largiri dig
neris consortium · et rore mie

Pte Ihu xpe saluator mundi Qui cu pre et ss. vi et regi deus pro

defunctorum remissione cunctorum
tribue peccatorum ut indulgentiam
quam semper optauerunt piis
supplicacionibus consequantur. Qui cum
requiescant in pace. Amen. Deus in
adiutorium meum intende. Domine ad
adiu. me fes. Deus in adiu. meum
intende. Domine ad adiu. me fes. Deus
in adiuto. etc. Gloria patri. sicut erat alla
kyrie pater noster. Et ne nos. O domine
respice in seruos tuos et in opera
tua. et dirige filios eorum. Et sit
splendor domini dei nostri super nos
et opera manuum nostrarum dirige super
nos et opus manuum nostrarum dirige
Dirige regere et sancti pro-
ficere dignare domine sancte pater omnipotens
sempiterne deus hodie et cotti-
die corda et corpora nostra sensus
quoque sermones et omnes actus nostros

Dirige et sanctificare regere et gubernare dignare domine
rex celi et terre hodie

~~omnium sanctorum~~ sit semper cum omnibus nobis.
Tu autem domine miserere nobis. Ad
gratias. Benedicite ~~domine~~. Dominus noster
ihesus xpistus nos benedicat et ab omni
malo defendat et ad vitam eternam
perducat. Amen. Xpistus factus est etc.
Tu qui passus es. Hora prima duc-
tus est ihesus ad pilatum falsis testimo-
niis multum accusatum in collum per-
cutiunt manibus ligatum conspuentes
eius faciem ut est prophetatum. Versus
Pro filio suo. Oratio. Domine ihesu xpe
fili dei vivi qui hora diei prima
pro nobis miseris peccatoribus impio
iudici pilato es presentatus et marie
magdalene apparuisti appare
nobis quesumus per internam gratiam et
da nobis veram penitenciam ut de
malis quae gessimus nos districte iu-
dicantes ne in extremis eterno de-

putemur supplicio sed cum tuis fidelibus
gloriemur in celestibus. Qui cum patre

Nunc sancte nobis ad tertiam
spiritus unum patri cum filio dig-
nare promptus ingeri nostro refusus
pectori. Os lingua mens sensus
vigor confessione personet fla-
mascat igne caritas accendat ar-
dor proximos. Pater pater pussi patri
que compar vince cum s. paracl. regn-
ans per omne seculum. Amen.

Lege pone michi domine viam
iustificationum tuarum et
exquiram eam semper. Da mihi
intellectum et scrutabor legem
tuam et custodiam illam in toto cor-
de meo. Deduc me in semita
mandatorum tuorum quia ipsam volui.
Inclina cor meum deus in testimo-
nia tua et non in avariciam. Averte

oculos meos ne videat vanita
te. in via tua vivifica me. Sta-
tue servo tuo eloquium tuum. in timo
re tuo. Amputa obprobrium meum
quod suspicatus sum. quia iudicia
tua iocunda. Ecce concupivi man
data tua. in equitate tua vivifica
me. Et veniat super me misericordia
tua domine salutare tuum secundum eloqui-
um tuum. Et respondebo exprobran-
tibus michi verbum. quia speravi in
sermonibus tuis. Et ne auferas
de ore meo verbum veritatis usquequa-
que. quia in iudiciis tuis super speravi.
Et custodiam legem tuam semper
in seculum et in seculum seculi. Et ambu
labam in latitudine. quia mandata
tua exquisivi. Et loquebar de
testimoniis tuis in conspectu regum
et non confundebar. Et medita-

bar in mandatis tuis que dilexi.
Et leuaui manus meas ad man-
data tua que dilexi et exerce-
bor in iustificacionibus tuis.

Memor esto verbi tui seruo
tuo in quo michi spem de-
disti. Hec me consolata est in humi-
litate mea quia eloquium tuum viui-
ficauit me. Superbi inique age-
bant usquequaque a lege autem tua
non declinaui. Memor fui iudiciorum
tuorum a seculo domine et consolatus sum.
Defectio tenuit me pro peccatori-
bus derelinquentibus legem tuam. Can-
tabiles michi erant iustificacio-
nes tue in loco peregrinacionis
mee. Memor fui nocte nominis tui
domine et custodiui legem tuam. Hec
facta est michi quia iustificaciones
tuas exquisiui. Porcio mea

dne dixi custodire legē tuā
Deprecatus sum faciē tuā in to
to corde meo miserere mei scdm
eloquium tuum Cogitavi vias me
as et convertī pedes meos in tes
timonia tua Paratus sum et
nō sum turbatus ut custodiā
mandata tua Funes peccatorum circū
plexi sunt me et legē tuā nō
sum oblitus Media nocte sur
gebā ad cōfitendū tibi super iu
dicia iustificationis tue Par
ticeps ego sum omnium timentium
te et custodientium mandata
tua Misericordia tua dne plena est
terra iustificationes tuas doce me

Bonitatē fecisti cum ser
vo tuo dne scdm verbū tuū
bonitatē et disciplinā et
scientiam doce me quia mandatis

tuis credidi. Priusquam humiliarer
ego deliqui propterea eloquium
tuum custodivi. Bonus es tu et
in bonitate tua doce me iustifi
cationes tuas. Multiplicata est
super me iniquitas superborum.
ego autem in toto corde meo scru
tabor mandata tua. Coagula
tum est sicut lac cor eorum. ego vero
legem tuam meditatus sum. Bonum
michi quia humiliasti me ut dis
cam iustificationes tuas. Bonum
mihi lex oris tui super milia auri
et argenti. Manus tue domine fece
runt me et plasmaverunt me.
da michi intellectum ut discam man
data tua. Qui timent te vide
bunt me et letabuntur quia in verba
tua super speravi. Cognovi
domine quia equitas iudicia tua et in

veritate tua humiliasti me. Fiat
misericordia tua ut consoletur me secundum
eloquium tuum servo tuo. Veniant
mihi miserationes tue et vivam
quia lex tua meditatio mea est. Con-
fundantur superbi quia iniuste iniqui-
tate fecerunt in me. Ego autem
exercebor in mandatis tuis. Con-
vertantur michi timentes te et
qui noverunt testimonia tua. Fi-
at cor meum immaculatum in
iustificationibus tuis ut non con-
fundar. Dominicis diebus. Te invo-
camus te adoramus te laudamus o
beata trinitas. Cap. O altitudo
divitiarum sapientie et scientie dei
quam incomprehensibilia sunt iu-
dicia eius et investigabiles vie
eius. Rx. Inclina cor meum deus
in testimonia tua. Ve. Averte oculos

meos ne videant vanitatem in via
tua vivifica me. In testimonia. Vers. Ego
dixi domine miserere mei. Sana animam meam
quia peccavi tibi. Kyrie. Pater noster. Et ne
nos. Vers. Quis deus magnus sicut deus noster
tu es deus qui facis mirabilia. Pro.
Omnipotens sempiterne deus qui de
disti nobis famulis tuis in confes
sione vere fidei eterne trinitatis
gloriam agnoscere et in potencia maies
tatis adorare unitatem. Quesumus ut e
iusdem fidei firmitate ab omnibus
semper muniamur adversis. Ferial
diebus. Ad. Deduc me domine in semita
mandatorum tuorum. Cap. Sana
me domine et sanabor salvum me
fac et salvus ero quoniam laus mea
tu es. Rs. Sana animam meam quia
peccavi tibi. Vers. Ego dixi domine miserere
mei. Quia. Vers. Adiutor meus esto

ne derelinquas me neque despicias
me deus salutaris meus. Kyrie pr̄ nr̄
Et ne nos p̄ces minores. Xp̄us
fc̄us ꝫ. Crucifige crucifige
clamitat hora tercia illusus in-
duitur veste purpurarum caput suum
pungitur corona spinarum fert crucem
in humeris ad locum penarum. Vs̄
Prio filio. Rc̄ Vro. Dne ihu xp̄e
fili dei vivi qui hora diei tercia dura
pro nobis passus es verbera et corda
fidelium sancti spiritus infusione fecis-
ti flamancia da nobis malum
digna castigacione punire et flamas
viciorum flamma compunctionis ex-
tinguere ut dum foris et intus af-
fligimur tui spiritus dulcedine replea-
mur. Qui cum pre. Ad sextam.
Rector potens verax deus
qui temperas rerum vices sple-

ego autē non dereliqui mādata
tua. Secdm mīaz tuā vivifica
me. et custodiā testiōnia oris
tui. In eternū dnē verbū tuū per
manet in celo. In gnacōe et
gnacōem veritas tua fundasti
terram et permanet. Ordinacō
ne tua perseverāt dies. quia
oīa serviunt tibi. Nisi q lex tua
meditacō mea z. tunc forte pe
rissem in humilitate mea tua. In eternū
nō obliviscar iustificacōnes tu
as. qa in ipis vivificasti me.
Tuus sum ego salvū me fac. quia
iustificacōnes tuas exquisivi.
Me expectaverunt peccatores ut
perderent me. testiōnia tua
intellexi. Omnis cōsumacōis
vidi finē. latū mandatū tuū
nimis. Gloria

Quomodo dilexi legem tuam domine
tota die meditacio mea est.
Super inimicos meos prudentem
me fecisti mandato tuo quia meter-
num michi est. Super omnes docen-
tes me intellexi quia testimonia tua
meditacio mea est. Super senes
intellexi quia mandata tua quesivi.
Ab omni via mala prohibui pedes
meos ut custodiam ~~mandata~~ verba tua.
A iudiciis tuis non declinavi quia
tu legem posuisti michi. Quam
dulcia faucibus meis eloquia tua
super mel ori meo. A mandatis
tuis intellexi propterea odivi
omnem viam iniquitatis. Lucerna pe-
dibus meis verbum tuum et lumen
semitis meis. Iuravi et sta-
tui custodire iudicia iusticie tue.
Humiliatus sum usquequaque domine

vivifica me secundum verbum tuum. Vo
luntaria oris mei bene placita fac
domine. et iudicia tua doce me.
Anima mea in manibus meis semper.
et legem tuam non sum oblitus. Po
suerunt peccatores laqueum michi.
et de mandatis tuis non erravi.
Hereditate acquisivi testimonia tua
in eternum. quia exultacio cordis
mei sunt. Inclinavi cor meum ad
faciendas iustificaciones tuas
in eternum. propter retribucionem.
Iniquos odio habui. et le
gem tuam dilexi. Adiutor et
susceptor meus es tu. et in ver
bum tuum super speravi. Declina
te a me maligni. et scrutabor
mandata dei mei. Suscipe me
secundum eloquium tuum et vivam. et
non confundas me ab expectacione

mea. Adiuua me et saluus ero
et meditabor in iustificacionibus
tuis semper. Sprevisti omnes
discedentes a iusticiis tuis. quia
iniusta est cogitacio eorum. Prevari
cantes reputaui omnes peccatores
terre. ideo dilexi testimonia tua. Con
fige timore tuo carnes meas. a
iudiciis enim tuis timui. Feci iu
dicium et iusticiam. non tradas me
calumpniantibus me. Suscipe ser
uum tuum in bonum. non calumpnientur
me superbi. Oculi mei defece
runt in salutare tuum. et in eloquium
iusticie tue. Fac cum seruo tuo
secundum misericordiam tuam. et iustificaciones
tuas doce me. Seruus tuus sum
ego. da michi intellectum ut sciam
testimonia tua. Tempus faciendi
domine. dissipauerunt legem tuam.

Ideo dilexi mandata tua super
aurum et thopasion. Propterea
ad omnia mandata tua dirigebar.
omnem viam iniquam odio habui.
Dominicis diebus. A. Libera nos salua nos
iustifica nos obtinta trinitas. Capl.
Quis enim cognouit sensum
dni aut quis consiliarius eius fuit
aut quis prior dedit illi et retribuetur
ei. quoniam ex ipso et per ipsum et in
ipso sunt omnia ipsi gloria in secula seculorum
amen. Rx. Et ueritatem domini perma-
net verbum tuum. V. In celo et in seculum
seculi veritas tua permanet. Vers. Dominus
regit me et nichil michi deerit. in
loco pascue ibi me collocauit. Kyrie
pr nr. Et ne nos. Vers. Benedictus
es domine in firmamento celi. laudabilis
et gloriosus et super exaltatus in secula.
Ferialis diebus. A. In verbum tuum super

(honor et)

speraui dne. Cap. Alter alterius
onera portate. et sic implebi
tis legem xpi. Ps. Benedicam
dnm. In omni tpe. v. Semper
laus eius in ore meo. In oi. v. Dns
regit me. ut sup. Kyr. Pr nr. Et
ne nos. Preces minores. Xpus fcus.
Hora sexta q xpus cruci concla
uatus p tormentis siciens felle
saturatus pendens cu latronibus cu
eis reputatus sinister eu repro
bat latro sceleratus. v. Pro filio
vro. Dne ihu xpe fili dei viui
qui hora diei sexta pro salute nra
manus tuas in crucis patibulo ex
pandisti et quinq vulnera pertulis
ti. ad te cofugientes brachiis mi
sericordie clementer suscipe et vul
nera mentis nre tuo sana medica
mine ut purgati a pccis templu

sancti spiritus effici mereamur. Ad
Rerum deus tenax. Ad nonam.
Rigor immotus in te perma
net lucis diurne tempora succes
sibus determinans. Largire clarum
vespere quo vita misquam decidat
sed premium mortis sacre perhennis
instet gloria. Pro patre pius prinque
compar unice cum sancto paraclito reg
nans per omne seculum. Amen.
Mirabilia testimonia tua
domine. Ideo scrutata est ea anima
mea. Declaratio sermonum tu
orum illuminat. et intellectum dat
parvulis. Os meum aperui et
attraxi spiritum. quia mandata tua
desiderabam. Aspice in me et
miserere mei. secundum iudicium dili
gentium nomen tuum. Gressus
meos dirige secundum eloquium tuum.

ut nō dn̄etur mei omnis iniu-
sticia. Redime me a calumpniis hoi-
nū. ut custodiā mandata tua.
Faciē tuā illuīa super servū tuū.
et doce me iustificacōnes tuas.
Exitus aquarū deduxerūt oculi
mei. qa nō custodierūt legē tuā.
Iustus es dn̄e. et rectū iudiciū
tuū. Mandasti iusticiā testimonia
tua. et veritatē tuā nimis. Ta-
bescere me fecit zelus meus. qa
obliti sūt verba tua inimici mei.
Ignitū eloquiū tuū vehementer.
et servus tuus dilexit illud.
Adolescentulus sum ego et cō-
temptus. iustificacōnes tuas nō
sum oblitus. Iusticia tua iusti-
cia in eternū. et lex tua veritas.
Tribulacō et angustia inuenerūt
me mādata tua meditacō mea

3. Equitas testimonia tua metrum intellectum da michi et vivam.
Clamavi in toto corde meo
exaudi me domine iustificationes tuas requiram. Clamavi
ad te salvum me fac et custodiam mandata tua. Pervenit in ma
turitate et clamavi in verba tua
super speravi. Pervenerunt o
culi mei ad te diluculo ut me
ditarer eloquia tua. Vocem meam
audi secundum misericordiam tuam domine et
secundum iudicium tuum vivifica me.
Appropinquaverunt persequentes
me iniquitati a lege autem tua
longe facti sunt. Prope esto
domine et omnes vie tue veritas.
In initio cognovi de testimoniis
tuis quia in eternum fundasti ea.
Vide humilitatem meam et eripe

me quia legem tuam non sum oblitus.
Iudica iudicium meum et redime
me propter eloquium tuum vivifica
meam et in misericordia tua disperdes
inimicos meos. Et perdes omnes
qui tribulant animam meam quoniam ego
seruus tuus sum.

Kyrieleyson. Xpe. Xpe audi
nos. Saluator mundi adiuua nos.

Sancta maria. Sancte gabriel.
Sancte michael. Sancte raphael.

O mēs sc̄i ange
li et archāgeli
S cē iohēs bap
tista
O mēs sc̄i patriar
che et ꝓphete
S cē petre
S cē paule
S cē andrea
S cē iacobe
S cē philippe
S cē barthlomee
S cē symon
S cē iuda
S cē mathee
S cē iohānes
S cē mathia
S cē thoma
S cē luca
S cē marce

O mēs sc̄i apl̄i
et ewangeliste
S cē stephane
S cē stephane
S cē laurenti
S cē vincēti
S cē corneli
S cē cipriane
S cē fabiane
S cē sebastiane
S cē xpōfore
S cē clemens
S cē cosma
S cē damiane
S cē bonifaci cū
sociis tuis
S cē dionisi cū so
O mēs sc̄i mrs
S cē silvester
S cē leo



nrorum periculis. li. Ab immundicia
mentis et corporis. li. A fulgure
et tempestate. li. Per annunciacionem
et incarnacionem tuam. li. Per na
tivitatem tuam. li. Per passionem
et crucem tuam. li. Per mortem et
sepulturam tuam. li. Per gloriosam re
surrectionem tuam. li. Per admira
bilem ascensionem tuam. li. Per ad
ventum sancti spiritus paracliti. li. In
hora mortis succurre nobis domine.
In die iudicii. li. Peccatores te ro
gamus audi nos. Ut pacem et con
cordiam nobis dones. te. Ut fi
dem firmam spem rectam caritatemque
perfectam nobis dones. te. Ut
gratiam sancti spiritus cordibus nostris
clementer infundere digneris. te.
Ut ecclesiam tuam regere et defen
sare digneris. te. Ut dominum a

postolicum et omnes gradus ecclie
in sua religione conservare digne
ris te. Ut epos
nros et omnes congregaciones
illis commissas in tuo sancto ser
vicio confortare digneris te ro.
Ut regibus et principibus nris
pacem et veram concordiam atque
victoriam donare digneris te.
Ut omnibus benefactoribus nris
sempiterna bona retribuere dig
neris te. Ut cunctum populum xpia
num precioso sanguine tuo re
demptum conservare digneris te.
Ut spacium penitencie nobis do
nare digneris te. Ut fructus
terre dare et conservare digneris
te. Ut animas nras et parentum
nrorum ab eterna dampnacione eripias
te. Ut omnibus fidelibus defunctis

requiem et vitam donare digneris te
Fili dei te Agne dei qui tollis
peccata mundi miserere nobis parce
nobis domine dona nobis pacem
Christe audi nos Kyrieleis etc Pater nostr
Et ne nos pro peccatis et negli
gentiis nostris domine non secundum peccata
nostra facias nobis neque secundum iniqui
tates nostras retribuas nobis Do
mine ne memineris Adiuva nos
deus Vers Peccavimus domine vero
Ineffabilem misericordiam tuam nobis
domine clementer ostende ut simul
a peccatis omnibus exuas nos et a
penis quas pro hiis meremur
eripias Vigilie mortuorum
Oremus pro omnibus fidelibus defunctis
Requiem et vitam dona Circumdederunt
me gemitus mortis Dolores infer
ni circumdederunt me Venite

Verba mea auribus percipe
dne intellige clamorem meum.
Intende voci orationis mee rex
meus et deus meus. Quoniam ad te
orabo dne mane exaudies vocem
meam. Mane astabo tibi et videbo.
quoniam non deus volens iniquitatem
tu es. Neque habitabit iuxta te ma
lignus neque permanebunt iniusti
ante oculos tuos. Odisti omnes
qui operantur iniquitatem perdes
omnes qui loquuntur mendacium.
Virum sanguinum et dolosum ab
hominabitur dns. Ego autem in
multitudine misericordie tue. Introibo
in domum tuam adorabo ad templum
sanctum tuum in timore tuo. Dne de
duc me in iusticia tua propter in
imicos meos. Dirige in conspectu
tuo viam meam. Quoniam non est in ore

me[illegible] rapiat ut leo animam
meam dum non sit qui redimat neq;
qui salvum faciat [illegible] de me
si steterint contra me insurgant in me testes
mendaces & quæ ego non noui interrogabant me
mihi mala pro bonis reddebant desolationem
animæ meæ dum me conturbarent inimici mei
induti sunt confusione et cooperti sunt pudore
qui magnificabantur super me in opprobrio
labiorum suorum et dentibus suis fremebant
super me usquequo domine respicies reduc
animam meam a malignitatibus eorum
unicam meam a leonibus confitebor tibi
in ecclesia plebis laudabo te in populo
gravi quoniam confessus es mei non
supergaudeant mihi inimici mei qui
oderunt me frustra et innuant oculis
qui non pacifice loquebantur et dolos
contra mortem cogitabant et dilatave-
runt super me os suum dixerunt euge euge
viderunt oculi nostri vidisti domine ne
sileas dominus ne discedas a me exurge
et intende iudicio meo deus meus et
dominus meus in causam meam iudica
secundum iustitiam tuam domine deus
meus et non supergaudeant mihi
ne dicant in cordibus suis euge euge
animæ nostræ ne dicant absorbuimus
eum confundantur et revereantur simul
qui gaudent malis meis induantur
confusione et pudore qui magnificantur
super me exultent et lætentur qui
volunt iustitiam meam et dicant semper
magnificetur dominus qui vult pacem
servi sui et lingua mea meditabitur
iustitiam tuam tota die laudem tuam
[illegible] in psalmo david quem cantauit
ad dominum pro verbis chusi filii
iemini domine deus meus in te speraui
salvum me fac ex omnibus persequentibus
me et libera me ne quando

et diriges scrutans corda et re
nes deus. Iustum adiutorium meum
a domino qui saluos facit rectos cor
de. Deus iudex iustus fortis et
paciens numquid irascetur per sin
gulos dies. Nisi conuersi fueritis
gladium suum vibrauit. arcum suum
tetendit et parauit illum. Et in
eo parauit vasa mortis sagit
tas suas ardentibus effecit. Ecce
parturit iniusticiam et concepit
dolorem et peperit iniquitatem. Lacum
aperuit et effodit eum et incidit
in foueam quam fecit. Conuertetur
dolor eius in caput eius et in
verticem ipsius iniquitas eius des
cendet. Confitebor domino secundum ius
ticiam eius et psallam nomini domini
altissimi. A. Nequando rapiat ut leo
animam meam dum non est qui redimat

neq; qui saluum faciat. Vers. Dirige
dne deus meus in conspectu tuo viam
meam. Pr. nr. Et ne nos

Parce michi dne. nichil enim
sunt dies michi. Quid est homo
quia magnificas eum. aut quia ponis
erga eum cor tuum. Visitas eum dilu
culo. et subito probas illum. Usque
quo non parcis michi nec dimit
tis me. ut gluciam saliuam meam.
peccam. Quid faciam tibi o custos
hominum. Quare me posuisti contra
rium tibi. et factus sum michimet
ipsi grauis. Cur non tollis peccatum
meum et quare non aufers iniqui
tatem meam. Ecce nunc in puluere
dormio. et si mane me quesieris
non subsistam. Rs. Manus tue
dne fecerunt me et plasmauerunt
me totum ego autem homo natus de

mulier breui viuens tempore peccaui
iniquitate feci In conspectu tuo. Vt. Dum
veneris iudicare noli me condempnare ne
gaudeat inimicus meus super me. In
Tedet aiam meam vite mee.
dimittam aduersum me eloquium meum
loquar in amaritudine aie mee di
cam deo noli me condempnare. Iudica
michi cur me ita iudices. Nunquid
bonum tibi videtur si calumpnieris me
et opprimas me opus manuum tu
arum. et consilium impiorum adiuues.
Nunquid oculi carnei tibi sunt aut
sicut videt homo et tu videbis. Nun
quid sicut dies hominis dies tui et
anni tui sicut humana sunt tempo
ra. ut queras iniquitatem meam et
peccatum meum scruteris. Et scias quia
nichil impium fecerim. cum sit nemo
qui de manu tua possit eruere

Memento queso dne q sicut lu
tu feceris me et in pulverem reduces
me Nonne sicut lac mulsisti me et
sicut casceum me coagulasti pelle et
carne vestisti me ossibus et nervis
compegisti me Vitam et misericordiam tri
buisti michi et visitacio tua custo
divit spm meum Nonne
Manus tue dne fecerunt
me et plasmaverunt me totum
in circuitu et sic repente precipi
tas me Memento queso dne q
sicut lutum feceris me et in pul
verem reduces me Nonne sicut
lac mulsisti me et sicut casceum
me coagulasti pelle et carne
vestisti me ossibus et nervis
compegisti me Vitam et misericordiam
tribuisti michi et visitacio tua
custodivit spm meum

Ne tradas dñe bestiis aīas confi
tentiū tibi Et aīas pauperū tuorū
ne obliviscaris in finē. V. Memorare
que sit nr̄a sb̄a dñe et quia nō vane
constituisti omēs filios hoīmū. Et aī.
In ii° noct. A In loco pascue ibi me
collocavit. ps. Dñs regit me. A
Delicta iuventutis mee et ignorā
cias meas ne memineris dñe. ps.
Ad te dñe levavi aīam. A Credo vide
Dominus illuminacio mea. et
salus mea quē timebo. Do
minus protector vite mee a quo
trepidabo. Dū appropiant su
per me nocētes ut edant car
nes meas. Qui tribulant me
inimici mei ipi infirmati sūt
et ceciderūt. Si consistant
adversum me castra nō timebit
cor meū. Si exurgat adversum

me prelium in hoc ego sperabo.
Unam petii a domino hanc requiram
ut inhitem in domo domini omnibus
diebus vite mee. Ut videam volun
tatem domini et visitem templum eius.
Quoniam abscondit me in tabernacu
lo suo in die malorum protexit
me in abscondito tabernaculi sui.
In petra exaltavit me et nunc
exaltavit caput meum super
inimicos meos. Circuivi et
immolavi in tabernaculo eius hos
tiam vociferationis cantabo et
psalmum dicam domino. Exaudi domine
vocem meam qua clamavi ad te
miserere mei et exaudi me. Tibi
dixit cor meum exquisivit te
facies mea faciem tuam domine requi
ram. Ne avertas faciem tuam a
me ne declines in ira a servo tuo.

Adiutor meus es tu ne derelinquas
me. neque despicias me deus salutaris
meus. Quoniam pater meus et mater mea
dereliquerunt me. dominus autem assump
sit me. Legem pone michi domine in
via tua et dirige me in semita recta.
propter inimicos meos. Ne tradideris
me in animas tribulantium me quoniam in
surrexerunt in me testes iniqui.
et mentita est iniquitas sibi. Credo
videre bona domini in terra viventium.
Expecta dominum viriliter age et con
fortetur cor tuum. et sustine dominum.
Credo videre bona domini in terra vivē
cium. Delicta iuventutis mee. et
ignorancias meas ne memineris domine.
Responde michi. quantas habeo
iniquitates et peccata. Scelera
mea atque delicta ostende michi. Cur
faciem tuam abscondis et arbitraris

me inimicum tuum. contra folium quod
a vento rapitur ostendis potentiam
tuam et stipulam siccam persequeris.
Scribis enim contra me amaritudi-
nes. et consumere me vis peccatis
adolescentie mee. Posuisti in
nervo pedem meum et observasti
omnes semitas meas. et vestigia
pedum meorum considerasti. Qui
quasi putredo consumendus sum. et
quasi vestimentum quod comedit
a tinea. Quomodo confitebor tibi
domine deus meus quando veneris in iudicio
tuo quia cor meum mundum non custodivi
animam meam in carne posita pollui
templum corporis mei de opere iniquitatis
coinquinavi precor te domine antequam dis-
cutias me. Miserere mei. Vel tibi soli
peccavi domine. Miserere.

Homo natus de muliere brevi

viuens tempore repletur multis
miseriis. Qui quasi flos egreditur
et conteritur et fugit velut umbra
et nunquam in eodem statu perma
net. Et dignum ducis super huius
cenomi aperire oculos tuos et
adducere eum tecum in iudicium. Quis
potest facere mundum de immundo con
ceptum semine. Nonne tu qui solus
es. breues dies hominis sunt. nu
merus mensium eius apud te est.
Constituisti terminos eius qui preteri
ri non poterunt. Recede ergo pau
lulum ab eo ut quiescat donec
optata veniat sicut mercena
rii dies eius. Rogamus te domine
deus noster ut suscipias animas eorum
defunctorum pro quibus sanguinem tuum
fudisti. Recordare quia puluis sumus
et homo sicut fenum et flos agri. Vt

Misericors et miserator et iuste dñe
Lignum habet spem. si precisum
fuerit rursum virescit et rami
eius pullulant. Si senuerit in
terra radix eius et in pulvere mor-
tuus fuerit truncus eius ad vdo-
rem aque germinabit et faciet
comam qui cum primum plantatum est.
Homo vero cum mortuus fuerit
nudatus atque consumptus ubi
queso est. Quomodo si recedant aque
de mari et fluvius vacuefactus
arescat. Sic homo cum dormierit non
consurgat donec alteratur celum.
Non evigilabit neque consurget
de somno suo. Redemptor
meus vivit et in novissimo resur-
gam. Et rencovabuntur denuo ossa
mea et in carne mea videbo dominum
meum. Ps. Lauda anima mea dominum lauda-

bo dnm in vita mea psallam deo meo
quam diu ero. Et renova. In iii° noct
a Non derelinquas me dne deus meus
ne discesseris a me. Ps. Dne ne in furore
Beatus qui in. Sana dne
telligit super egenum et
pauperem in die mala liberabit eum
dns. Dns conservet eum et
vivificet eum et btm faciet eum
in terra et non tradet eum in aiam
inimicorum eius. Dns ope ferat
illi super lectum doloris eius. Uni
versum stratum eius versasti in inf
mitate eius. Ego dixi dne mi
serere mei sana aiam meam quia
peccavi tibi. Inimici mei dixe
runt mala michi quando morietur
et peribit nomen eius. Et si in
grediebatur ut videret vana loq
batur cor eius congregavit in

iquitate

iquitate sibi. Egrediebat fo-
ras et loquebatur in idipsum. Ad-
uersum me susurrabant omnes ini-
mici mei. aduersum me cogitabant
mala michi. Verbum iniquum con-
stituerunt aduersum me. numquid
qui dormit non adiciat ut re-
surgat. Etenim homo pacis mee
in quo speraui. qui edebat pa-
nes meos magnificauit super
me supplantacionem. Tu autem dne
miserere mei et resuscita me. Et
retribuam eis. In hoc cognoui
quoniam voluisti me. quoniam non gaude-
bit inimicus meus super me.
Me autem propter innocenciam
suscepisti. et confirmasti me
in conspectu tuo in eternum. Benedictus
dns deus israel. a sclo et in sclm
fiat fiat. a Sana dne aiam meam

meam quia peccavi tibi. A. Sitivit

Quemadmodum desiderat cer-
nus ad fontes aquarum. ita
desiderat anima mea ad te deus.
Sitivit anima mea ad deum fontem vi-
vum. quando veniam et apparebo ante faciem
dei. Fuerunt michi lacrime mee
panes die ac nocte. dum dicitur
michi cottidie ubi est deus tuus. Hec
recordatus sum et effudi in me ani-
mam meam quoniam transibo in locum tabernaculi
admirabilis. usque ad domum
dei. In voce exultacionis et con-
fessionis. sonus epulantis. Quare
tristis es anima mea. et quare con-
turbas me. Spera in deo quoniam ad-
huc confitebor illi. salutare vultus
mei et deus meus. Ad me ipsum anima
mea conturbata est propterea memor
ero tui de terra iordanis et her-

monium a monte modico. Abissus
abissum invocat in voce cathe-
ractarum tuarum. Omnia excelsa
tua et fluctus tui super me
transierunt. In die mandavit
dominus misericordiam suam et nocte canti-
cum eius. Apud me oratio deo
vite mee dicam deo susceptor
meus es. Quare oblitus es mei
et quare contristatus incedo dum
affligit me inimicus. Dum con-
fringuntur ossa mea exprobrave-
runt michi qui tribulant me i-
nimici mei. Dum dicunt michi per
singulos dies ubi est deus tuus quare
tristis es anima mea et quare con-
turbas me. Spera in deo quoniam
adhuc confitebor illi salutare
vultus mei et deus meus. A
Sitivit anima mea ad deum fontem vivum

constituat. Vel. Si que illis sunt dne
digne cruciatibus culpe tu eas gra
lenitatis indulge. Non reor.
Spus meus attenuabitur dies
mei breviabuntur et solum michi
super est sepulchrum. Non peccavi
et in amaritudinibus morabitur o
culus meus. Libera me dne et po
ne me iuxta te et cuius vis manus
pugnet contra me. Dies mei
transierunt cogitaciones mee
dissipate sunt torquentes cor
meum. Nocte verterunt in die et
rursum post tenebras spero lu
cem. Si sustinuero infernus domus
mea est et in tenebris stravi lec
tulum meum. Putredini dixi pater
meus es mater mea et soror
mea vermibus. Ubi est ergo nunc
prestolacio mea vel paciencia mea

tu es dñe deus meus. Deus
et sine in cuius humana condicio ptate
consistit aias omnium fidelium defunctorum
qs ab omnibus absolue pccis. Ut pe
nitencie frcm que voluntas eorum
optauit preuenti mortalitate non
perdant. Vers. Qui in cruce positus
latronem sero penitentem suscepisti
eorum precamur pie pcca dilue. Ut
Pelli mei consumptis carnibus
adhesit os meum et derelicta sunt
tantum modo labia circa dentes meos.
Miserenum mei miserenum mei
saltem vos amici mei. qa manus
dni tetigit me. Quare me per
sequimini sicut deus et in carnibus
meis saturamini. Quis michi tri
buat ut scribantur sermones
mei. Quis michi det ut exarentur
in libro stilo ferreo vel plumbi la-

mina vel celte sculpantur in silice
Scio enim quod redemptor meus vi-
vit et in novissimo die de terra
surrecturus sum et rursum circum-
dabor pelle mea et in carne vi-
debo deum salvatorem meum. Quem
visurus sum ego ipse et oculi mei
conspecturi sunt et non alius. Re-
posita est hec spes mea in sinu meo.
Libera me domine de morte eterna
in die illa tremenda. Quando celi moven-
di sunt et terra. Vers. Dies illa dies
ire dies calamitatis et miserie
dies magna et amara valde. Quando
laudes. Ant. Exultabunt ossa humilia-
ta. Ps. Miserere. Ant. Exaudi.
Te decet ymnus deus in sy-
on et tibi reddetur votum in
ierusalem. Exaudi oracionem meam.
ad te omnis caro veniet. Verba

tebrians multiplica geminina eius
in stillicidiis eius letabitur ger
minans. Benedices corone anni
benignitatis tue et campi tui
replebuntur ubertate. Pinguescent
speciosa deserti et
exultacione colles accingentur.
Induti sunt arietes ovium et val
les habundabunt frumento clama
mabunt etenim ympnum dicent.
A. Exaudi oracionem meam ad te omnis
caro veniet. A. Me suscepit dex
tera tua domine. Ps. Deus deus meus. A. Et

Ego dixi in dimi- Cruisti
dio dierum meorum vadam
ad portas inferi. Quesivi resi
duum annorum meorum dixi non vide
bo dominum deum in terra viventium.
Non aspiciam hominem ultra et habita
torem quietis. Generacio mea abla

ne perieret. Proiecisti post tergum
tuum omnia peccata mea. Quia non in
fernus confitebitur tibi neque mors
laudabit te. Non expectabunt qui
descendunt in lacum veritatem tuam.
Viuens viuens ipse confitebitur
tibi sicut et ego hodie. Pater
filiis notam faciet veritatem tuam.
Domine saluum me fac et psalmos
nostros cantabimus cunctis diebus vite
nostre in domo domini. A. Eruisti domine
animas eorum ne perirent. A. Omnis
spiritus laudet dominum. Psalmus laudate. Vers.
In memoria eterna erunt iusti. Ab audi
cione mala non timebunt. Gregorius. A.
Media vita in morte sumus quem queri
mus adiutorem nisi te domine qui pro
peccatis nostris iuste irasceris sancte deus
sancte fortis sancte et misericors saluator
amare morti ne tradas nos. Kyrie etc.

pr̄ nr̄ Et ne nos requiē eternam
a porta inferi. Dn̄e exaudi. bro.
Deus qui int̄ aplicos sacerdotes
famulos tuos epos pontificali
dignitate fecisti vigere. pr̄a q̄s
ut quorū vicē ad horā gesserūt
in terris eorū quoq; perpetuo cō
sorcio letentur in celis. Deus
venie largitor et hūane salu
tis amator q̄s clemenciā tuā
ut nr̄e congregacōnis fr̄es
sorores et benefactores qui ex hoc
sclo transierunt bt̄a maria semp̄
virgine cū omnib̄ sanctis int̄ce
dente ad perpetue bt̄itudinis
cōsorciū pervenire concedas.
Deus in cuius miseracōe aīe
fidelium requiescunt famulis ac
famulabus tuis omnib̄ hic et
ubiq; in xp̄o quiescentib̄ da

propicius suorum veniam peccatorum
ut a cunctis reatibus absoluti te
cum sine fine letentur.

Absolue quesumus domine animas famulo- Compl.
rum tuorum episcoporum ab omni vinculo
delictorum ut in resurrectionis
gloria inter sanctos tuos resuscitati
respirent. Deus venie.

Deus cuius misericordie non est numerus
suscipe propicius preces humilitatis
nostre et animabus que nobis in ora-
cione commendate sunt et quarum
utimur elemosinis et sue quietis
beatitudine largiaris. Fidelium
deus omnium conditor et redemp-
tor animabus famulorum famularumque
tuarum omnium fidelium defunctorum re-
missionem cunctorum tribue peccatorum.
ut indulgenciam quam semper op-
tauerunt piis supplicacionibus conse-
quantur. Qui cum

Paratoria mille.

Sancti spiritus assit nobis gratia
Que corda nostra sibi faciat habitaculum
Expulsis inde cunctis viciis spiritalibus.
Spiritus alme illustrator hominum Hor
ridas nostre mentis purga tenebras.
Amator sancte sensatorum semper cogi
tatuum Infunde unctionem tuam cle
mens nostris sensibus Tu purifica
tor omnium flagiciorum spiritus Puri
fica nostri oculum interioris hominis Ut
videri supremus genitor possit a
nobis Mundi cordis que soli cer
nere possunt oculi Ergo nos supplican
tes tibi exaudi propicius sancte spiritus
Sine quo preces omnes casse credun
tur et indigne dei auribus Sancti
spiritus assit nobis gratia Domine labia
mea aperies. et os meum etc. Deus in
adiutorium. Gloria patri. Veni cre
ator spiritus mentes tuorum visita

imple superna gra que tu creasti
pectora. Qui paraclitus diceris
~~dextre dei tu digitus~~ donum dei al
tissimi fons vivus ignis caritas a
spiritalis unctio. Tu septiformis
munere dextre dei tu digitus tu
rite promisso patris sermone di
tans guttura. Accende lumen sen
sibus infunde amorem cordibus in
firma nri corporis virtute firmans
perpetuum. Hostem repellas longius
pacemque donans protinus ductore sic
te primo vitemus omne noxium. Per
te sciamus da prem noscamus atque
filium te utriusque spm credamus omni
tempore. Amen. A. Veni scte spus

Quam dilecta tabernacula
tua dne virtutum concupis
cit et deficit aia mea in atria
dni. Cor meum et caro mea exul

domo dei mei · magis quam habitare
in tabernaculis peccatorum · Quia
misericordiam et veritatem diligit deus ·
gratiam et gloriam dabit dominus · Non
privabit bonis eos qui ambu-
lant in innocentia · domine virtutum
beatus homo qui sperat in te ·

Benedixisti domine terram tuam ·
avertisti captivitatem iacob ·
remisisti iniquitatem plebis tue ·
operuisti omnia peccata eorum · Mi-
tigasti omnem iram tuam · avertisti ab
ira indignationis tue · Convertite
nos deus salutaris noster · et averte
iram tuam a nobis · Numquid in eter-
num irasceris nobis · aut exten-
dens iram tuam a generatione in gene-
rationem · Deus tu conversus vivi-
ficabis nos · et plebs tua leta-
bitur in te · Ostende nobis domine



miam tuam. et salutare tuum da no
bis. Audiam quid loquatur in me
dns deus. quoniam loquetur pacem in
plebem suam. Et super scos suos.
et in eos qui convertuntur ad cor.
Verumptamen prope timentes eum
salutare ipsius. et inhabitat gla
in terra nra. Misericordia et veritas
obviaverunt sibi. iusticia et
pax osculate sunt. Veritas de
terra orta est. et iusticia de celo
prospexit. Etenim dns dabit
benignitatem. et terra nra dabit
fructum suum. Iusticia ante eum
ambulabit. et ponet in via
gressus suos.

Inclina dne aurem tuam et
exaudi me. quoniam inops et
pauper sum ego. Custodi aiam
meam quoniam scus sum. salvum fac

servum tuum deus meus sperantem
in te. Miserere mei domine quoniam ad
te clamavi. Letifica animam servi
tui quoniam ad te domine animam meam le
vavi. Quoniam tu domine suavis et
mitis et multe miscordie omnibus
invocantibus te. Auribus percipe
domine orationem meam et intende
voci deprecationis mee. In die
tribulationis mee clamavi ad te
quia exaudisti me. Non est similis
tui in diis domine et non est secundum
opera tua. Omnes gentes quas
cumque fecisti venient et adora
bunt coram te domine et glorificabunt
nomen tuum. Quoniam magnus es tu
et faciens mirabilia tu es solus
deus. Deduc me domine in via
tua et ingrediar in veritate tua
letetur cor meum ut timeat no

tota die

mee

men tuum. Confitebor tibi dne
deus meus in toto corde meo.
et glorificabo nomen tuum in eter
num. Quia misericordia tua magna
est super me. et eruisti aiam
meam ex inferno inferiori. Deus
iniqui insurrexerunt super me
et synagoge potencium que sie
runt aiam meam. et non propo
suerunt te in conspectu suo. Et
tu dne deus miserator et mise
ricors. paciens et multe miseri
cordie et verax. Respice in
me et miserere mei da imperium
puero tuo. et salvum fac filium
ancille tue. Fac mecum signum
in bono ut videant qui me ode
runt et confundantur. quoniam tu dne
adiuvisti me et consolatus es
me. Credidi. De profundis.

A Veni sancte spiritus reple tuorum
corda fidelium et tui amoris in eis
ignem accende qui per diversitatem ling
warum cunctarum gentes in unitate fi
dei congregasti alleluia alleluia. Kyrie etc.
Pater noster. Et ne nos. Emitte spiritum
tuum et creabuntur. et renovabis
faciem terre. Cor mundum crea in me
deus. et spiritum rectum innova in visceribus
meis. Ne proicias me a facie tua
et spiritum sanctum tuum ne auferas a me.
Redde mihi leticiam salutaris tui. A
spiritu principali confirma me. Confir
ma hoc deus quod operatus es in
nobis. a templo sancto tuo quod est
in ierusalem. Domine exaudi etc. Vero
Supplicit te deprecor domine
sancte pater omnipotens et eterne deus qui
es creator omnium rerum ut dum
me indignum famulum tuum coram

omnipotencia maiestatis tue
grauiter deliquisse confiteor. ma
nu misericordie tue michi porrigas
quatenus quod nequiter admisi clemen
ter digneris absoluere. Deus
qui nobis sub sacramento mirabili
passionis tue memoriam reliquisti
tribue quesumus ita nos corporis et sang
uinis tui sacra misteria venera
ri ut redemptionis tue fructum
in nobis iugiter sentiamus. Deus
qui corda fidelium sancti spiritus il
lustracione docuisti da nobis in
eodem spiritu recta sapere et de eius sem
per consolacione gaudere. Con
scienciam nostram quesumus domine visitan
do purifica ut veniens filius
tuus dominus noster ihesus xpistus cum omnibus
sanctis paratam sibi in nobis inue
niat mansionem. Ure igne sancti

spūs renes nr̄os et cor nr̄m.
ut ti casto corpore et puro corde
servire valeamus. Aures tue
pietatis mitissime deus inclina
precibus meis et gr̄a sancti spūs
illuīa cor meū. ut maiestati tue
digne ministrare mereat teque eterna
diligere caritate. O mp̄s mitis
sime deus respice propicius ad p̄
ces nr̄as et libera corda nr̄a de
malarū temptacōne cogitacio
nū. ut sancti spūs dignū fieri
habitaculū mereamur. per dn̄m e. s. s.
O mp̄s sempiterne deus oro an̄ nullam.
ecce accedo ad sacramentū unigeniti
filii dn̄i nr̄i ihu. Accedo tamq̄ in
firmus ad medicū vite. immundus
ad fontē misericordie. cecus ad lumen
claritatis eterne. egenus ad deū celi
nudus ad regē gloie. rogo ergo tue

largitatis habundanciam / vtrumque meam
sanare digneris infirmitatem / lauare
feditatem / illuminare cecitatem / ditare pau-
pertatem / vestire nuditatem / vt ipsum
panem angelorum / regem regum / dominum
dominancium tanta suscipiam reuerencia et
timore / tanta contricione et deuocione
tanta puritate et fide / tanto propo-
sito et humilitate sicut expedit sa-
luti anime mee / Da queso michi domine
corporis filii tui non solum sumere sacra-
mentum sed eciam virtutem sacramenti
Mitissime deus da michi sic suscipere
corpus xpi quod traxit de virgine
gloriosa ut corpori suo mistico merear
incorporari et inter eius membra numera-
ri / Concede clementissime pater di-
lectum filium tuum quem nunc velatum ac-
cidentibus video tandem facie ad fa-
ciem contemplari / Sit michi dul-

cissime

cissime ihu xpe hoc sacro scm cor-
pus tuum sanitas et dulcedo anime
mee / salus et sanctitas in omni temp
tacone / pax et gaudium in omni tribu-
lacone / lumen et virtus in omni ope
et tutela finalis in morte Amen
Trium puerorum cantemus ypo Post missam
nunc que cantabat in camino ignis
benedicentes dnm. Ps. Benedicite. Laudate
dnm in scis. Nunc dimittis. Kyrie etc.
Pr. nr. Et ne nos. Ego dixi dne mi-
serere mei. sana aiam meam qa peccavi
ti. Confiteantur tibi dne oia opera
tua. et sci tui benedicant tibi. Dne
exaudi etc. Oro. Deus qui tribus
pueris mitigasti flamas ignium
concede propicius. ut nos fa-
mulos tuos non exurat flama vi-
ciorum. Da nobis qs ops deus vi-
ciorum nrorum flamas extinguere qui



bto laurencio martiri tuo tribuisti
tormentorum suorum incendia supera-
re. Deus cuius preconium innocentes
martires non loquendo sed moriendo
confessi sunt. omnia in nobis viciorum
mala mortifica ut fide tua qua
lingua nostra loquitur etiam moribus
vita fateatur. Actiones nostras
quas domine aspirando preveni et adiu-
vando prosequere. ut cuncta nostra
operacio et a te semper incipiat
et per te incepta finiantur.
Conscientias nostras quas domine vi-
sitando purifica. ut veniens filius
tuus dominus noster ihesus xpus cum omnibus
sanctis paratam sibi in nobis inveniat
mansionem. Qui tecum. a. Domine
suscipe me ut cum fratribus meis sim
cum quibus veniens invitasti me aperi
michi ianuam vite et perduc me ad co-

nimium epularum tuarum tu es enim xpus
filius dei vivi qui precepto patris
mundum salvasti tibi gratias referimus per
infinita seculorum secula. Versus. Valde hono-
randus est beatus iohannes qui in cena
supra pectus domini recubuit. Oratio.
Ecclesiam tuam quesumus domine benignus
illustra et beati iohannis apostoli tui et
evangeliste illuminata doctrinis ad
dona perveniat sempiterna.
Protector in te sperantium deus
sine quo nichil est validum nichil sanctum.
multiplica super nos misericordiam tuam ut
ut te rectore te duce sic transea-
mus per bona temporalia ut non
amittamus eterna. Oratio
Eya deus meus misericordia mea. Re-
mitte queso michi peccatori omnia peccata
mea. Remitte michi indigno sacerdoti
omnia errata mea. Et nunc specialiter

remitte michi pie deus quod ad cele
branda sanctissima altaris misteria accessi
tam ingrate et indecenter. Remitte
michi karissime deus quod tuum dulcissimum
corpus et sanguinem tractavi et
sumpsi tam indevote et irreverenter.
Remitte michi karissime deus quicquid
in hac sanctissima missa transivi incaute
et negligenter. Remitte michi pius
sime deus quod a tua sanctissima mensa
tociens recessi tam ingrate et in
pudenter. Mi domine deus omnem indigni
tatem et impudenciam, omnem indecen
ciam et irreverenciam, omnem iniuriam
et negligenciam, omnem indevocionem
et ingratitudinem meam circa tuum
reverendissimum sacramentum et
omnia peccata mea omnino dimitte michi
pater misericordiarum pro tua misericordia. Amen.
Eya tibi gratias ago piissime deus

quod me ad sacerdotale ministerium
elegisti. Gratias tibi ago piissime deus
quod me tuo dulcissimo corpore et sang
uine refecisti. Gratias tibi ago benig
nissime deus pro devotione qua me
miserum in hac missa respexisti.
Gratias tibi ago clementissime deus quod me
protegendo a periculosis negligentiis
custodisti. Mi domine deus ecce pro
tam gratissima electione, pro tam
dulcissima refectione, pro tam pi
issima protectione et custodia
et pro omnibus beneficiis tuis tibi
gratias ago, te benedico, te glorifico
in eternum. Amen. — Alia oratio —
Eya nunc oro sit michi hoc dul
cissimum sacramentum contra omnia
peccatorum vulnera efficacissimum me
dicamentum. Sit michi deus hoc
sacramentum omnis virtutis et gratie

virtuosum complementum. Sit michi
deus hoc sacramentum tam in vita quam
in morte contra omnia pericula validis-
simum tutamentum. Mi domine deus de-
precor te per sanctam eucaristiam ut a
peccatis emundatus fine bono consumma-
tus tecum sim sine fine beatus. De-
precor te bone ihesu pro omnibus commis-
sis michi pro omnibus familiaribus
et benefactoribus meis ut per ad-
iutricem huius sacramenti virtutem ad-
iuues et dirigas eos ad eternam salu-
tem. Deprecor te pro omnibus bonis
hominibus ut per confirmatricem
huius sacramenti virtutem confirmas et
munias eos ad eternam salutem. Deprecor
te pro omnibus fidelibus defunctis ut
per liberatricem huius sacramenti virtutem
liberes et absoluas eos ad eternam salu-
tem. Mi domine deus orans oro te in-

stant per hoc sacramentum tuum ut
speales meos specialiter visitare a
bonos in bono confirmare et ma
los a malo revocare et purgandos
a purgatorio liberare digneris metus
mundi Amen. Alia oratio

O benignissima et intacta mater
domini nostri ihesu xpi dulcissima virgo re
gina mundi que eundem dominum nostrum
ihesum xpm tuo sanctissimo utero dig
na fuisti portare solaque virgo lactare
cuius venerandissimum sacrum corpus
et sanguinem modo in altari sumpsi
ad ipsum pro me misero peccatore inter
cedere digneris ut quicquid in hoc tam
ineffabili et dignissimo sacrificio
negligenter ignoranter que alloquiis
meis commisi tuis sacris precibus michi
indulgere dignetur. Qui vivit

Deus venerunt gentes in here
ditatem tuam. polluerunt tem
plum sanctum tuum posuerunt ihrlm
in pomorum custodiam. Posuerunt
morticina seruorum tuorum escas vo
latilibus celi. carnes sanctorum tuorum
bestiis terre. Effuderunt sanguinem
ipsorum tamquam aquam in circuitu
ihrlm. et non erat qui sepeliret.
Facti sunt sumus obprobrium vici
nis nostris. subsannacio et illusio
hiis qui in circuitu nostro sunt. Usque
quo domine irasceris in finem. accen
detur velut ignis zelus tuus.
Effunde iram tuam in gentes que te
non nouerunt. et in regna que nomen
tuum non inuocauerunt. Quia com
mederunt iacob. et locum eius
desolauerunt. Ne meminieris iniqui
tatum nostrarum antiquarum cito anti-

cipent nos miscdie tue. qa pau
peres facti sumus nimis. Adiuua
nos deus salutaris nr et propter
glam nominis tui dne libera nos.
et propicius esto pctis nris ppter
nomen tuum. Ne forte dicat in
gentibus ubi sz deus eorum. et in
notescat in nacionibus coram ocu
lis nris. Vlcio sanguinis ser
uorum tuorum qui effusus sz. intro
eat in conspectu tuo gemitus co
peditorum. Secdm magnitudi
nem brachii tui. posside filios
mortificatorum. Et redde vici
nis nris septuplum in sinu eorum
in propertium ipsorum quod expro
brauerunt tibi dne. Nos aut
pplus tuus et oues pascue tue.
cofitebimur ti in scm. In gnacone
et gnacoem. annuntiabimus laude
tua

Invitatorium In honore beatissime marie v
ginis Jubilemus domino

Domine dominus noster quam admirabile
est nomen tuum in universa
terra. Quoniam elevata est magnificen
cia tua super celos. Ex ore in
fantium et lactencium perfecisti
laudem propter inimicos tuos. ut
destruas inimicum et ultorem. Quoniam
videbo celos tuos opera digitorum
tuorum. lunam et stellas que tu fun
dasti. Quid est homo quod memor
es eius. aut filius hominis quoniam visi
tas eum. Minuisti eum paulominus
ab angelis gloria et honore coronas
ti eum. et constituisti eum super
opera manuum tuarum. Omnia sub
iecisti sub pedibus eius oves et
boves universas. insuper et pe
cora campi. Volucres celi et

pisces maris qui perambulat
semitas maris. Domine dominus noster
quam admirabile est nomen tuum in
universa terra. Benedicta tu in mulie-
ribus et benedictus fructus ventris tui.
Celi enarrant gloriam dei
et opera manuum eius an-
nuntiat firmamentum. Dies
diei eructat verbum et nox
nocti indicat scientiam. Non
sunt loquele neque sermones
quorum non audiantur verba eorum.
In sole posuit tabernaculum
suum et ipse tamquam sponsus pro-
cedens de ~~tabernaculo~~ suo. Thalamo
exultavit ut gigas ad currendam
viam a summo celo egressio
eius. Et occursus eius usque ad
summum eius nec est qui se abscon-
dit a calore eius. Lex domini imma-

culata conuertens animas testimonium
dni fidele sapiam prestans par
vulis. Iusticie dni recte letificantes
corda. preceptum dni lucidum illuminans
oculos. Timor dni permanet in
sclm scli. iudicia dni vera iustificata
in semet ipsa. Desiderabilia super au
rum et lapidem preciosum multum. A
dulciora super mel et fauum. Etenim
seruus tuus custodit ea. in custodien
dis illis retributio multa. Delicta
quis intelligit ab occultis meis mun
da me. et ab alienis parce seruo
tuo. Si mei non fuerint dnati
tunc immaculatus ero. et emunda
bor a delicto maximo. Et erunt ut
complaceant eloquia oris mei. et
meditacio cordis mei in conspectu
tuo semper. Dne adiutor meus.
et redemptor meus. A Sicut

mirra electa odore dedisti suavitatis
sancta dei genitrix. Ante thorum huius
virginis frequentate nobis dulcia can
tica dragmatis. Ps. Unde et terra vers
Spe tua. Sancta maria virgo vir
ginum mater et filia regis regum
omnium tuum nobis impende solacium
ut celestis regni per te mereamur
habere premium et cum electis dei reg
nare possimus in perpetuum.
Sancta et immaculata virginitas
quibus te laudibus referam nescio quia
quem celi capere non poterant tuo gre
mio contulisti. Ps. Benedicta tu in
mulieribus et benedictus fructus ventris
tui. Quia. Virgo virginum intercede
dat pro nobis ad dilectum suum filium.
Sancta maria piarum piissima inter
cede pro nobis sanctarum sanctissima
ut per te virgo gloriosa nostra sumat



pecamina qui pro nobis ex te
natus regnat super ethera ut
sua caritate mira nra deleantur
peccamina. Benedicta tu in mulie
ribus. Et benedictus fructus ven
tris tui. ℣. Ave maria gra plena
dns tecum. Et bn. Sca dei geni
trix sit nobis semper pia auxiliatrix.
Sca dei genitrix que digna
meruisti concipere et parere quem
totus ortus nequit comprehen
dere. tu pio interventu tuo culpas
nras ablue ut per hemis sedem
glorie per te redempti valeamus
scandere. Ubi manes et regnas
cum eodem filio tuo dno nro ihu
xpo sine tempore. Felix namque
es sacra virgo maria et omni laude
dignissima. Quia ex te ortus est
sol iusticie xpus deus nr. ℣. Ora

pplo intueni pro clero intercede pro
devoto femineo sexu senciant omnes
tuum levamen quicumque celebrant tuam
commemoracionem. Quia. Te deum. Vsq
ad laudem. Diffusa est. laudem. A. Ad ad
mirabile commercium creator generis
humani animatum corpus sumens de vir
gine nasci dignatus est et procedens
homo sine semine largitus est nobis suam
deitatem. Vsq. O gloriosa dominam ex
celsa super sidera qui te creavit
provide lactasti sacro ubere. Quod e
va tristis abstulit tu reddis almo
germine intrent ut astra flebiles
celi fenestra facta es. Tu regis alti
ianua et porta lucis fulgida vitam
datam per virginem gentes redempte
plaudite. Deo patri sit gloria eius so-
En omnibus requiem quesivi. Cap.
et in hereditate domini morabor

tunc precepit et dixit michi cre
ator omnium et qui creauit me re
quieuit in tabernaculo meo. Vers. Audi
filia Gr. bn. A. Sub tua protectionem
confugimus ubi infirmi acceperunt
virtutem propter hoc tibi psallimus dei
genitrix virgo. Vro. Concede
nos famulos tuos quos dne deus nr
perpetua mentis et corporis sanitate
gaudere. et gloriosa beate marie semper
virginis intercessione a presenti liberari
tristicia ac eterna perfrui leticia.
Matutino tempore marie nunciatur
quod xpus a iudeis perfidis captiuatur
mox domum anne peciit nam ibi
ducebatur toto corde tremuit cum
male tractabatur. Vers. et vro ut infra.
Rex xpe clementissime tu ad pram
corda nra possidere ut tibi laudes debi
tas reddamus omni tempore. Memento

salutis auctor quod nostri quondam cor-
poris ex illibata virgine nascendo for-
mam sumpseris. Maria mater gratie mater
misericordie tu nos ab hoste protege in
hora mortis suscipe. Maria virgo vir-
ginum deposce nobis omnium remissio-
nem cum nimium tuum placando filium. Ma-
ter dei piissima atque virgo sanctissima
nos offer tuo filio in celesti placito.
Per tuum virgo filium per patrem et
paraclitum assis ad nostrum obitum et
da felicem exitum. Gloria tibi domine qui
natus es de virgine cum patre et sancto
spiritu in sempiterna secula. Amen. Ant.
Quando natus es ineffabiliter de virgine
tunc implete sunt scripture sicut plu-
via in vellus descendisti ut salvum
faceres genus humanum te laudamus
deus noster. Cap. Ab initio et
ante secula creata sum et usque ad

futurum seculum non desinam et in hi
tacione sancta coram ipso ministrauimus
Rx Xpe fili dei vivi miserere nobis
v. Qui natus es de virgine v. s. p. pt.
Porrige nobis dne deus pro
dexteram tuam et per intercessionem
bte et gloriose semperque virginis dei
genitricis marie auxilium nobis
superne virtutis impende per e.
Hora prima sequitur maria suum natum
singultibus ac lacrimis perfusa ad pi
latum falsos testes audiens sputo
maculatum ingemiscens conspicit
dire alapatum Ad tertiam. an.
Rubum quem videat moyses in combus
tum conseruatam agnouimus tuam lauda
bilem virginitatem dei genitrix
intercede pro nobis Cap. Et sic
in syon firmata sum et in ciuitate
sanctificata similiter requieui et in

ihrlm ptas mea ꝛc. Spe tua cu
ceteris vro. Concede misericors
deus fragilitati nre presidium ut
qui sancte dei genitricis memoriam
celebramus intercessionis eius auxi
lio a nris iniquitatibus resurgamus ꝑ c.
Hora tercia audito maria crucifigi
natum videns tectum purpura spinis
coronatum ptus mortis sentenciam eundem
dampnatum trabe crucis maxima dure o
neratum. Ad sextam. A. Germina
vit radix yesse orta est stella ex ia
cob virgo peperit salvatorem te lau
damus deus nr. Cap. Et radicavi
in pplo honorificato et in parte
dei mei hereditas illius et in pleni
tudine scorum detencio mea vro.
Protege qs dne famulos tuos
subsidiis pacis et bte marie
patrocinis confidentes a cunctis

hostib⁹ redde securos. Hora sexta
vidit filium conclavatum corpus xpi
tenerum in altum levari, sicientem etiam cum
felle potari, suamque vestem cum sanguine
rubricari. Ad nonam. A. Ecce maria
genuit nobis salvatorem quem iohes
videns exclamabat dicens ecce ag
nus dei ecce qui tollit peccata mundi alla
Quasi cedrus exaltata. Cap
sum in libano et quasi cipressus
in monte syon. Vro. Adiuvet
nos quesumus domine deus beate marie virginis
intercessio veneranda. et a cunctis
periculis absolutos in tua faciat
nos pace gaudentes. Hora nona
vidit filium (oppinantem) heli heli audiens maxima
voce clamantem iohanni matrem et
spiritum patri commendantem symeonis
gladium cor eius perforantem. Ad ves
Ecce tu pulchra es amica mea ecce

tu pulchra oculi tui columbarum. Ant.
Sicut lilium inter spinas sic amica mea
inter filias. A. Favus distillans labia
tua sponsa et odor vestimentorum tuorum
sicut odor thuris. A. Emissiones tue
paradisus malorum punicorum cum po
morum fructibus. A. Fons ortorum pu
teus aquarum viventium que fluunt
impetu de libano. Cap. Sicut cina
momum et balsamum aromatizans
odorem dedi quasi mirra electa dedi
suavitatem odoris. Cristi virgo
dilectissima virtutum operatrix ope fer
miseris. Subveni dna clamantibus
ad te ingeniis. V. Quam peccatorum mole
premimur sanctissima te precamur.
Ave maris stella dei mater. V. Pro
alma atque semper virgo felix celi
porta. Sumens illud ave gabrie
lis ore funda nos in pace mutans

Capl'm. Transite ad me
omnes qui concupiscitis me et
a generationibus meis adimplemini. Pro.
Famulorum tuorum quesumus domine delic
tis ignosce ut qui tibi placere de
actibus nostris non valemus ge intercessionibus
filii tui domini dei nostri intercessione
saluemur. Per e. Hora completorum
venit ad sepulchrum unxitque aro
mate corpus xpi pulchrum de
formatum filium pallore mortis dure
vite nostre premium presentis et future.
Vers. In omni tribulacione et angustia. Pro.
Interveniat pro nobis quesumus domine
ihesu xpe nunc et in hora mortis
nostre apud tuam clemenciam gloriosissima
virgo maria cuius sacratissimam animam
in hora mortis tue doloris gladius
pertransiuit. Qui cum patre
Has horas canonicas maria mater

pia / tue laudi refero cum cordis simpho-
nia / ut sicut tu compassa es nato in
agone sic ereptos constituas dex-
tro cum latrone. Ad compl' ypnus
Fit porta xpi pervia referta plena
gra transitq; rex et permanet clau-
sa ut fuit per scla. Genus super ni-
lumnis processit aula virginis sponsus
redemptor conditor sue gigas ecclie.
Hor matris et gaudium immensa
spes credencium per acra mortis po-
cula resoluit nra crimina. Deo patri
sit gla eiusq; soli fil' cum spu pa. et
Sr nunc di. A. Glorificamus te dei
genitrix quia ex te natus est xpus
salva omnes qui te glorificant.

Anno dni. M.CC.C.C. Finitus est
liber iste.

Ex Bibliotheca Academiae Rostochiensis

Dominica xv.

Capitulum Fratres Si viuimus spiritu spiritu et ambulemus. non efficiamur inanis glorie cupidi inuicem prouocantes inuicem inuidentes. Oratio. Ecclesiam tuam domine misericordia continua mundet et muniat. et quia sine te non potest salua consistere tuo semper munere gubernetur. Ant. Considerate lilia agri quomodo crescunt neque laborant neque nent dico autem vobis quoniam neque salomon in omni gloria sua cooptus est sicut unum ex istis. Ant. Nolite solliciti esse dicentes quid manducabimus aut quid bibemus scit enim pater vester celestis quid vobis necesse sit. Ant. Hester. Domine rex opus in dicione tua cuncta sunt posita et non est qui possit tue resistere voluntati. Capitulum primum

Fratres Que seminat homo hec et metet quoniam qui seminat in carne sua de carne sua metet corruptionem. qui autem seminat in spiritu de spiritu metet vitam eternam.



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1824559186/phys_0554
DFG



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1824559186/phys_0555
DFG

Orationes.

Saec. XV.

Mss. theol. 29.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1824559186/phys_0556
DFG



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1824559186/phys_0557
DFG


Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1824559186/phys_0558
DFG



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1824559186/phys_0559
DFG